MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

LIBRI CONFRATERNITATUM SANCTI GALLI AUGIENSIS FABARIENSIS

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIV

LIBRI CONFRATERNITATUM SANCTI GALLI AUGIENSIS FABARIENSIS

EDIDIT

PAULUS PIPER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXIV

WEIMAR. HOF-BUCHDRUCKEREI.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Cum nomina librorum confraternitatum ordine quo imprimenda essent conscriberem id potissimum egi ut librorum manu scriptorum speciem, quoad fieri posset, in libro imprimendo repeterem. Sed cum quot scripturae tot typorum genera adhiberi nequirent, ne pretium libri nimium esset, quattuor tantum typorum generibus usus sum: 1. litteris rectis (quae corpus a typographis appellantur) plerumque primam cuiusvis paginae manum indicare volui. 2. litteris parvis ea nomina distinxi quae inter lineas inserta sunt; 3. litteris obliquis scripta et 4. uncis inclusa nomina plerumque tempore posteriora sunt. Quibus typorum ordinibus id efficere volui ut ab eis quoque qui libros manuscriptos non vidissent, quae eadem, quae alia manu scripta essent facile posset distingui. Asterisco id nomen notavi quod primum est novi scriptoris vel novae scripturae eiusdem scriptoris. Quae in summis et in imis paginis transversa scripta sunt ad numeros primae columnae eiusdem paginae traxi. Quibus animadversis haec est regula legendi: Nomina quae in eadem columna eodem typorum genere impressa sunt, ab eodem scriptore eodem tempore collata sunt, nisi asterisco separantur.

Singula nomina secundum normam quae in Monumentis observatur scripsi, qua in re una a codicibus discessi. quos in caeteris accuratissime secutus sum. In eis partibus quae oratione continua scriptae sunt, ut in libro promissionum et in appendicibus Sangallensi et Fabariensi, eandem rationem secutus sum, quam semel tantum in libro promissionum deserui, ne lectionum apparatus nimis cresceret.

Nam formulas quidem omnes, quales in codice sunt, descripsi, sed in singulis vocibus infinitam lectionum varietatem ibi tantum ascripsi, ubi ea ad discernendos scriptores adiamenti aliquid videretur afferri. itaque ut exemplo utar in pag. cod. promissionum septima [I, 381] addere neglexi. 1. 13. 15 obędientia. 19. 21. 22. 23 oboedientia scriptum esse. 14 obedien, 17. 18 obed. 21 oboed. 24 ob̄. 25. 26 obb̄., 14 stab̄tate. 15 stabilit, 16—18. 21—25 stab̄. 19 stabit, 26. 27 stab̄l. per compendia scripta esse et similia.

In notis criticis ubi legentibus aliquis dubitandi locus esse poterat littera obliqua **c.** *indicare volui in codice ipso id quod in contextu legatur ex eo nomine quod adnotatione exhibeatur correctum esse. Alias, ubi correxi, quod in codice falso scriptum esse indicari, pleniore compendio* **cod.** *usus sum.*

Fieri potest ut hic ille aliquid ad interpretanda nomina contribuat, quod ego non vidi: ut hoc illud interpretamentum meum non satis certum esse indicetur (id quod in donatorum Sangallensium distinctionibus potissimum multo facilius fieri potest quam ego eas inveni): rationem tamen et viam aperiendorum horum librorum recte a me indicatam esse quicunque eos accuratius legerit facile concedet.

Per sex annos haud mediocri labore hanc editionem molitus sum: initio quidem vocum potissimum varietate dialectica ad hos libros ductus sum, postea historica studia praevaluerunt. Ratio investigandi diligenti cura anquirenda mihi erat, nam eis quae Karajan ad explicanda nomina libri confraternitatum S. Petri Salisburgensis attulit, parum ostenditur, quando quis honoris confraternitatis particeps fieri potuerit. Cum libros Sangallenses primo exscriberem, parvarum inde dissertationum in ephemeridibus publicandarum fructum me percepturum esse sperabam; postea cum editionis sumptibus ministerii rerum ecclesiasticarum et scholasticarum Borussici perficiendae spes exorta esset, iterum atque iterum codicibus adhibitis omnia quae collegeram in libri formam redegi eaque nunc prona favente gratia societatis fontibus rerum Germanicarum aperiendis publici iuris facta esse valde gaudeo.

Haud pauci insigni comitate optime de hac editione meruerunt. Rerum ecclesiasticarum et scholasticarum Borussorum regis summus praefectus, Dominus de Puttkamer, itineribus faciundis pecuniam mihi numerari iussit idque tanta liberalitate ac comitate fecit ut ministro non minus quam ministerio mihi gratiae habendae sint.

Sodalitas Regia Litterarum Borussica quae elaboraveram arbitrio virorum doctissimorum mihique semper summopere verendorum C. Muellenhoffii et G. Waitzii submisit quorum priorem antequam haec editio perfecta esset de vita migrasse valde doleo.

G. Waitzius ea qua uti consuevit benevolentia mihi libroque meo semper propitius fuit et ex E. Duemmleri viri egregii consilio atque auctoritate haud mediocrem fructum percepi.

Caeterorum virorum doctissimorum, F. L. Baumanni Eschingensis, A. Holderi amici Carolsruhensis, Fritzschii et Meyeri de Knonau Turicensium, Arbenzii et Wartmanni, Idtensohnii et Scherreri similiterque Eugenii de Gonzenbach nunc defuncti Sangallensium merita in hunc librum singula enumerare longum est; gratias eis ago quam maximas.

Quorum omnium nomina, nec non patris mei dilectissimi, cui quinquagenarium muneris decursum celebranti hanc editionem pia mente dedicari in hoc libro viventium inscripta manere volui, et si mihi quoque tot tantorumque laborum aliquid praemii licet exoptare, me quamvis humillimum et indignissimum huic egregiae confraternitati iungi cupio.

Dabam Altonae pridie Idus Mart. 1884.

Paulus Piper.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

I.

CONFRATERNITATES SANGALLENSES.

Quae hic publici iuris facta sunt monumenta antiquitatis quinque codicibus continentur, quorum descriptio sequitur.

A. Codex membranaceus chartarii Sangallensis sign. Class. I. Cist. C 3. B 55. cum per multos annos tegumento caruerit neque integer neque sine mendis est. Nunc demum vir doctissimus W. E. de Gonzenbach cum involucro operiendum curavit. Neque vero dubium est quin iam antea ligatus fuerit, nam falce bibliopegi singulorum foliorum margines ipsarumque columnarum arcus male mutilati sunt. Eum in bibliotheca Schobingeriana fuisse et a Goldastio (Alam. rer. SS. II, p. 141) et adnotatione in superiore margine pag. 75tae codicis addita docemur, cumque eo ex hereditate Vadiana pervenisse verisimile est. Nam cum monasterium diriperetur, pars bibliothecae ad Vadianum pervenit. Ex bibl. Schobingeriana ca. annum 1636 a monasterio ipso magno pretio codex redemptus est. Folia formae quadratae maioris membranacea sunt triginta octo. Praeglutinata sunt tria folia chartacea. Paginarum numeri quamvis non recentes sint tamen non ante Goldastii tempus additi sunt. Folia in hunc ordinem digesta sunt: a. ternio continens paginas 1—12; b. quaternio (pp. 13—26), cuius quintum folium (post p. 20) resectum est; c. folium formae octonariae, cuius tergum scriptura vacat (p. 27); d. folium quadratum (p. 28. 29); e. aliud (p. 30. 31), cuius scriptura sequentibus paginis similis est; f. binio (pp. 32—39); g. duo folia singularia (pp. 40—43); h. unio (pp. 44—47); i. quaternio (48—61) cuius folium sextum (post p. 57) resectum est; k. folium membranaceum crassum (pp. 62. 63); l. ternio continens paginas 64—75. Nomina fratrum deinceps posita sunt, quatuor ordinibus in utraque pagina, sed multa in marginibus et inter lineas addita leguntur. Singulae series paginarum columnarum formis diversicoloribus distinctae sunt. Paginae 28—43, 53—73 et ipsae columnarum formas stilo incisas, alias minus distinctas quae coloribus perfectae non sunt paginae 64—67. 72. 73, exhibent. Scriptor pp. 28—43 columnarum formas primarum paginarum voluit imitari. In paginis 48—52 columnarum figurae minio pictae sunt, sed minus diligenter exaratae et simplicioribus formis quam in primis codicis paginis 1—26 (et 28—47). Ultimum folium quod diu tegumentum videtur fuisse immundum et umore putrefactum est, 75tae praecipue paginae scriptura passim parum legibilis est. Non pauca nomina in posterioribus codicis partibus ex prioribus repetita leguntur: col. 125 ex 21—23; col. 126 ex 25—29; col. 127 ex 26, 34 et 29, 31—33; col. 128 ex 34—37 et 31, 40; col. 129 ex 37. 38; col. 130 ex 38—40 et 36, 42; col. 131 ex 41—44; col. 132, 1—9 ex 45; 132, 16 sqq. ex 87. 88; 133 ex 88—90; 134 ex 90—93; 135 ex 93. 94; 136 ex 94. 95; 137 ex 95. 96; 138, 6 sqq. ex 97. 98; 139, 3 sqq. ex 99—101; 140, 6 sqq. ex 102—104; 141 ex 104—106 et 102 in.; 142 ex 7. 8. 56—68. 54, 1 sqq.; 143, 1—5 ex 6; 202. 203 ex 83—85, 8; 234—241 ex 13—18, 20; 242—247, 1 ex 1—5; 256—259 ex 111—112, 19; 268—280, 9 ex 187, 31—190; 284, 7—13 ex 45, 39 sqq.; 284, 14 — 287. 290, 1—15 ex 87—90; 290, 20—293 ex 91—94. Cum hae partes paginas codicis 30—34. 48. 56—59. 61. 64—69. comprehendant colligere licet omnia prima nomina inde a pag. 30 ex antiquioribus catalogis repetita esse. De scriptoribus v. ad singulas paginas.

Multa folia nunc deperdita esse inde sequitur, quod quaterniones non integri sunt et quod quaedam partes in apographo servatae in antiquiore parte desiderantur (cf. 204. 205. [202. 203 = 83—85, 8; cum tamen pauca nomina ex 204 et 205 in antiquiore parte reperiantur, ut 204, 6. 9. 13. 14. = 87. 10. 7. (22). 32. 2; 205, 3 = 97, 20; 204, 15 = 97, 38; 204, 16 = 97. 23; 205. 11 = 97, 36 id fortuito factum esse censeo]. 206—218. 226—233. 260—262. 280, 10—282, 29 [deperdita post p. cod. XLV; quae in fine pag. XLV. falce resecta sunt, in apographo reservata extant]). et ne apographon quidem integrum est (deest fol. ante p. XLI. cuius nomina in antiquiore scheda p. 112, 19 sqq. servata sunt, et complura folia ante p. LXIV. [cf. 181—187, 30]).

B. Septem folia membranacea, codex supplem. Sangallensis, quorum sex (3—14; col. 327—374) ternionis forma cohaerent. Octavum folium quaternionis quod cum fol. primo (1. 2. col. 319—326) cohaerebat, nunc resectum et deperditum est. In prima pagina signaturam Class. 2. Cist. 24. a 1. Arca DD 2. portat. Columnarum formae similiter atque in codicis A pp. 28 sqq. delineatae et minio pictae sunt. Codicem olim partem fuisse libri confraternitatum Sangallensis, i. e. cod. A, infra demonstrabitur.

C. Liber promissionum sancti Galli, cod. membranac. chartarii Sangallensis, class. I. cist. C 3. B 56. a Carolo Wegelino signatus, fusco corio aureis lineis marginato religatum et aureis corollis impressis ornatum est tempore Bernhardi II. abbatis (Müller de Ochsenhausen, 1594—1630) cuius insignia gentilicia recto et verso involucro impressa sunt. Folia singula huius codicis 0,26 m. alta et 0,165 m. lata sunt. Codici quinque folia chartacea vacua praeglutinata sunt, deinde duodecim folia membranacea sequuntur, quorum 1—6 cohaerentes ternionem efficiunt, 8—11 binionem. Fol. septimum singulare est; item duodecimum. Folia membranacea septem chartacea vacua eiusdem magnitudinis sequuntur. Codex integer non est cum inscriptio libri, quam cum fol. septimo et cum foliis 1—6 primum quaternionem effecisse puto, et folium unum ante paginam septimam decimam (I, 391) desit [cf. ad III, 29]. Quod nunc folium octavum est, cum undecimo olim partem alius quaternionis effecit. Singulae paginae, quamquam in codice ipso numeri 1—21 adscripti sunt (fol. 7ʳ = p. 14. 8ʳ = p. 15, et fol. 12ʳ = p. 24 sine numero manserunt, et fol. 8ʳ — 12ʳ numeris 14—21 designata sunt), hic rectius numeris 1—23 designantur. Fol. duodecimum crassius est quam cetera et sine dubio per multos annos tegumenti alterum dimidium erat, cum ultima pagina (24ᵗᵃ) usu valde detrita sit. Codices A, B et C nunc primum editi sunt ab Em. Arbenz (Mittheilungen zur vaterländischen Geschichte. XIX, 1—194). De ratione huius editionis et quid commune habeat cum mea, dictum est l. c. p. 191. Mea editio iam mense Octobri anni 1880 finita Academiae Regiae Borussicae arbitrio subiecta erat.

Restat ut pauca de variis casibus quibus hi tres codices iactati sint addam et de viris doctis qui eis usi sint. Antiquissima pars codicis A paginis 1—12 continetur. Ibi primum nomina Weridensium (p. 1), Turonensium (p. 4), prima series principum (p. 6) et fortasse etiam nonnulla donatorum nomina (p. 2) circa annum 810 conscripta sunt, anno circiter 815 alter quaternio (hodie pp. 13—26) additus est in quo primum episcoporum nomina (p. 16) ca. annum 815 inscripta sunt; eodem tempore audici et comites paginarum 6 et 7 videntur addita esse, et ca. annum 819 vel 820, quo pp. 6 et 7 iam satis referta erant, nomen Iudithae imperatricis insertum est. Anno 829 in p. 11 nomina Lingonensium et in deperditis foliis nomina Wizanburgensium (cf. apographum pagg. 50. 51) addita sunt. Anno 839 tertius quaternio (hodie pp. 13—26), cuius secundum folium cum Gengenbacensibus [cf. p. 15 et apographon p. 54] et septimum folium (ante pp. 15 et 25) hodie deperdita sunt, cum nominibus Clingonensium, Fabariensium, Schinensium, Campidonensium, Hornbacensium et Ellwangensium agglutinatus est. 845 amici et curiales Ludovici Pii in p. 3 (col. 9) adscripti sunt. Anno circiter 880 [cf. I, 319] quaternio (cod. suppl. B) additus est, cuius ultimo folio nunc deperdito sine dubio postea nomina Saxonica inscripta sunt [cf. I, 265 n]. Folia pp. 62. 63. 28. 29. partes sunt quaternionis deperditi qui 885 additus est, cum

Sithiensium catalogus (p. 29) et fortasse etiam Prumiensium (p. 62) eo anno conscriptus sit. Anno 885 (p. 28) ibi Rinaugienses inscripti sunt, fortasse eodem tempore quaternio Romana nomina continens, cuius duo tantum folia [p. 44—47] supersunt. Interea cum iam anno 881 defuncti reges in ultima columna paginae tertiae additi essent et iam compluribus locis monachi, laici et laicae diversorum temporum permixti legerentur desiderium exortum est, ut legibilius omnia antiquiora nomina repeterentur, et ca. annum 890 [cf. I, 179, 17] tres quaterniones additi sunt, quorum primus (48—61) uno folio (sexto), secundus (64—75) duobus foliis (primo et octavo), tertius (30—43) uno folio (secundo) nunc orbus est. Cum primus horum quaternionum (p. 30—43) antiquiores columnarum formas exhibeat, cum ceteris antiquiorem esse censeo. Fortasse iam ca. annum 890 vel 900 additus est, cum scriptura quoque a ceteris discrepet. Folium singulare (p. 27) ex scripturae nota et membranae asperitate vocumque formis antiquissimum esse colligo, et similibus foliis primos catalogos memoriae traditos fuisse puto. In paginis 44—75 et suppl. 1—14 tres transscriptorum nominum scriptores dinosco, quorum primus prima nomina pp. 44—47, alter pagg. 48—75, tertius nomina supplementi (p. 1—14) transscripsit. In codice B tamen magna est varietas, cum maxima ex parte novis additamentis inserviat. Cum omnes hae partes uno volumine coniunctae essent, in omnibus promiscue, prout spatium scribendo vacabat, usque ad saeculum quartum decimum fratres additi sunt, initio quidem saepius et copiosius, ut Traiectinorum series 227 sq. et curiales Henrici II., 367 sqq., postea neglegentius et rarius. Repetita nomina hic et ipsa impressa sunt non solum propter mutatas nominum formas et quia antiquiores partes saepius apographo supplentur, sed etiam quia ex conspectu omnium ratio transscribentis dinoscitur et certius de eis partibus apographi, quibuscum primum exemplar non iam licet comparare, opinionem formare possumus. Cod. C (codex promissionum vel confessionum sancti Galli) eodem tempore quo cod. A factus id est ca. 808 ultimis annis Werdonis vel primis Wolfleozi abb., et ad suscipienda nomina eorum fratrum, qui in ipso S. Galli monasterio monachicam vitam cum monachorum religionibus elegissent dispositus est. Sed haec prima pars, quae paginas 1—7 (375—381, 12) complectitur, ex antiquioribus notis videtur composita esse, cum nomina monachorum inde ab Audomari abb. temporibus receptorum complectatur. Usque ad Grimaldi tempora monachorum nomina ordine, sed postea inordinatius adscripta sunt usque ad saeculum duodecimum. Initio cum libro confraternitatum AB uno volumine noster codex coniunctus erat, similitudine codicis Augiensis, qui et ipse (cf. II, 571 sqq.) non solum confraternitates sed et promissionum formulas continet. Nam formulae promissionum etiam in codice A passim occurrunt (cf. I, 51, 31—33) et similes intercalationes in utroque codice inveniuntur (cf. andustrius pec. *I, 1, 24. 37, 21. 388, 4*. 394, 20). Nihil officit quod forma codicis A minor est nam cum cum religaretur falce valde mutilatum esse iam docuimus. Quin etiam Goldastii tempore codices ABC coniuncti erant, nam Goldastius (rer. Alam. ss. II, p. 141) de uno tantum codice loquitur quo ad conficienda capita IV nominum teutonicorum usus sit; nihilominus cum omnibus his tribus codicibus usum esse infra ostendemus. — Omnes tres codices non integros esse sequitur 1. ex confraternitatis formulis quas in appendice I. adieci et quarum nomina non omnia in catalogis reperiri possunt; 2. ex lacunis codicum quas supra delineavimus; 3. ex eis quae in cod. 453 (v. infra D) de monachis cum Sangallensibus confraternitate coniunctis dicta sunt; 4. ex Goldastii scriptis, de quibus infra agetur. Quid deperditum sit nunc anquirendum est et num quid alicubi deperditarum partium servatum sit.*

Usi sunt codice usque ad finem praecedentis saeculi Stumpffius, Aegidius de Tschudy, Goldastius, Mabillonius, Eccardius, M. Hohenbaumius van der Meer, et Schmidtfeldius. Joh. Rud. Stumpff (Gemeiner Löblicher Eydgenoschaft Stetten Landen und Volkern Chronicwurdiger thaatenbeschreibung. Zürich 1548) in fine libri quarti 27 nomina hominum et 28 feminarum enumerat „auß den altisten Jarzeytbüchern; vnd dem eynschreyben der Seel-

geräthen gezogen vnd in geschrifft behalten", *quae ex nostro codice sumpta esse puto, praesertim feminarum nomina ex p. 36. Sed cum pauca et neglegentius scripta sint nihil certi ex eis licet colligere. Aegidius Tschudy in operibus suis nec non in codicibus sua manu scriptis in chartario et bibliotheca Sangallensi servatis saepius nostro codice utitur, sed apographon eius non possidemus. Maioris momenti Goldastii opera sunt cum is partibus codicis usus sit quae nunc deperditae sunt et cum eius ipsius neglegentia et incuria haud pauca folia codicis evanuisse verisimile sit. Frustra Bremensem Goldastii heriditatem perscrutatus sum et Romae et Holmii si quid supersit inquisivi. Ita non nisi ex impressis eius libris quos reliquit accuratiora eruere possumus. In Scriptt. rer. Alam. II, 184—187 conspectum capitum libri confraternitatum dat, quae nunc omnia adhuc servata sunt exceptis duobus: no. 34 confraternitatibus Saxonicis [cf. adnot. ad I, 265] et no. 35:* In nomine Dei factus est noster frater Hugo Rex. et Hluthere et Yta et Fridericus etc. *quae versus finem codicis quali eo Goldastius usus est videntur extitisse cum post Adalstenum eiusque episcopos (n. 33 = I, 332) enumerata sint. Nomina capitum 34. et 35. in Goldastii nominum indice locupletiore (de quo infra) reperiuntur [cf. I, app.]. Goldastius primum principalia monasteria et nonnullos ordines benefactorum maioris momenti (1—28) enumerat, deinde nonnulla minus gravia (29. Wipruhe [I, 69] 30. Friburch [I, 80] 31. Rovtwil [I, 80]), principes (32. Pippinum cum suis [I, 22], 33. Adalstenum [I, 332], 34. Heinricum [cf. I, 265 n.] et 35. Hugonem) et nonnulla minora (36. 37. Traiectenses [I, 224 sq.], 38. Strazburgenses [I, 100], 39. Marlenses [I, 81], 40. Mulchusanos [I, 82]). Numeri 1—28 ita dispositi sunt ut Goldastium codicis quaternionibus hoc ordine usum esse appareat: I. p. 1—12 (1. Weridenses [I, 1], 2. Obitaneos [I, 5], 3. Turonenses [I, 13], 4. 5. 6. Lingonenses, Melundenses, Besuenses [I, 46], 7. Heogauenses [I, 50]). II. p. 13—26 (8. Clingonenses [I, 59], 9. Ganginpacenses, quorum primum folium iam tunc deerat [I, 63], 10. Tobrenses [I, 67], 11. Fabarienses [I, 71], 12. Episcopos [I, 75], 13. Seinenses [I, 79], 14. Campidonenses [I, 83], 15. Hornbacenses [I, 103], 16. 17. S. Stephani et Skenninis [I, 107], 18. Elwangenses [I. 111]). III. Cod. suppl. (19. Basileenses [I, 355]). IV. p. 48—61 (20. Wizanburgenses [I, 210], 21. Kenginbacenses [I, 226], 22. Weridenses [I, 242]). V. folium pp. 62. 63 (23. Prumienses [I, 260]). VI folium pp. 28. 29 (24. Rinaugienses [I, 116], 25. Sithienses [I, 121]; cf. quod supra de ordine quem primitus haec duo folia in codice occupaverint adnotavi). VII. pp. 64—75 (26. Gaczenses [I, 298]). VIII. pp. 30—31 [43]. (27. laicas [I, 125]). IX. p. 27 (Agustgaugenses [I, 115]). Cum haec omnia cum eis quae supra de aetate singulorum foliorum exposui bene congruant, dubitari nequit quin Goldastius codicem meliore ordine dispositum ante oculos habuerit. Cur duo quaterniones (44—47 et 48—61) hic non commemorati sint eo explicatur quod haec folia ex antiquioribus adhuc reservatis transscripta, aliorum coenobiorum nomina non continent; nam ea Goldastio non ignota fuisse inde elucet quod nomina ex eis decerpta in Goldastii catalogo (de quo statim agetur) inveniuntur. Goldastius enim (rer. Alam. Scriptt. II, 122—153) quatuor capitibus catalogum* „ex vetustissimo codice monasterii S. Galli ordine descriptum" *dat, cuius nomina ex omnibus tribus codicibus A, B et C (non tantum ex A, ut Scherrerus voluit, Catal. Sang. p. 342) collegit. I. De nominibus propriis masculinis in Alamannia Theutonica (2690 nomina); II. De nominibus propriis masculinis in Alamannia Curiensi et Burgundionensi (1116 nomina romana); III. De nominibus propriis femininis in Alamannia Thertonica (1698 nomina); IV. De nominibus propriis femininis in Alamannia Curiensi et Burgundionensi (98 nomina). Haec nomina tam accurate a Goldastio ex ipso codice transscripta sunt ut, licet nonnumquam latinam terminationem eis adiecerit vel omiserit, vel berht pro berth et vice versa scripserit, tamen eius scriptione ubique confidere possimus. Codice C eum usum esse inde elucet quod ca. 177 illorum nominum in eo solo codice reperiuntur. Nomina quae nunc in his tribus codicibus reperiri non possint ex eis partibus sumptas esse oportet quae nunc deperditae*

sunt (cf. infra I, app.). Quae in Saxonicis vel Burgundiae nominibus [cf. I, 265, not.] occurrunt in conspectu infra dato omisi. Quaestio potest moveri an Goldastius etiam ex aliis codicibus nomina desumpserit; exempli gratia ca. 35 nomina Goldastii in uno codice Fabariensi reperiuntur. Sed hoc fortuito factum esse eaque nomina in partibus nunc deperditis codicis Sangallensis exstitisse iudico, cum et pauca sint, et unius Augiensis quoque propria nomina nonnulla, quo Goldastius certo non usus est, in illis catalogis reperiantur. In primo Goldastii capite omnium codicis columnarum vestigia reperiuntur exceptis eis quae Romana vel feminarum nomina complectantur et eis quae sine momento sunt (13—18. 46. 63. 65. 70. 71. 82. 86. 92. 107. 109. 110. 129—140. 148. 156. 160. 176. 182—195. 197—201. 208. 219. 220. 234—240. 248. 250. 260. 264—267. 268—283. 298. 307. 313. 318). In secundo capite Romana nomina 13—18. 46—49. 53. 63—65. 67. 68. 71. 107. 181—201. 234—240. 260—262. 268—282. et nonnulla ex 34. 36. 37. 39. 43—45. 53. 77. 115. 116. 119. 121. 122. 150. 210—213. 218. 224—228. 248. 264. 296. 316. conquisita, quae in codice ipso linea subterducta designavit, ordine litterarum disposita conscripsit. Tertium caput ex 7—12. 19. 21. 22. 25—30. 34—40. 42—45. 50. 51. 53. 54. 56. 58. 60—62. 66. 68. 69. 72—74. 77. 78. 80—83. 85—110. 113—115. 118—164. 166—171. 173—180. 221—232. 247—249. 252. 253. 262. 263. 266. 276. 283. 284. 289. 291. 294. 295. 297. 299—312. 314—316 sumpsit. Quartum ex 18. 36. 37. 45. 93. 97. 109. 127. 132. 135. 137. 138. 143—148. 150. 151. 152. 168. 173. 176. 177. 231. 248. 264. 265. 297—299. 316 compilavit ita, ut haec quoque nomina in ipso codice linea conspicua redderet. Has lineas cum a Goldastio additas esse nunc ostenderimus in editione ipsa prorsus negligemus. Cum sciamus quot nomina Goldastii in nostro libro non occurrant facile est computare quot paginas ante oculos habuerit quae nunc deperditae sunt.

Praeter Goldastium Mabillonius in annalibus saepius nostro codice usus est, sed hic abbatum tantum et episcoporum, rarius notiorum monachorum rationem habuit. Eccardus quoque in commentariis de rebus Franciae orientalis, praecipue in volumine IIdo, nostri codicis mentionem facit sed ex brevibus eius notis parum emolumenti crescit ad textum emendandum. Maioris momenti est quod P. Mauricius Hohenbaum van der Meer monachus Rinaugiensis codice usus est. Is non tantum Rinaugiensem catalogum accuratius tractavit (cf. ad. I, 116 sqq.), sed etiam descriptionem codicis dedit in cod. ms. Sang. chartarii Class. I. Cist. C 3. B 55. inde a p. 543. Haec eius verba non sine pondere sunt: p. 545. „Folio tertio et sexto prostat tota genealogia Caroli Magni a Pipino usque ad Carolum Crassum filium Ludovici Germanici“. — „Folio secundo occurrunt Wolvini et Wolfhart, quos Io. Georg Eckart Franc. Orient. Tom. II. non dubitat esse fundatores Rhenaugiae. Episcopi, Abbates et Monachi plerumque una serie sub distinctis titulis continentur. Sic folio 28 monachi Rhenaugienses a saeculo IX usque XII manu semper coaeva enumerantur: quod folium aeri incisum sistimus praeclarum antiquitatis monumentum.“ *p. 546 postquam dixit multa folia iam deperdita esse, addit:* „Sic licet instrumenta confoederationis supersint de anno 800 cum Augiensi monasterio et de anno 885 cum Murbacensi et Rhenaugiensi catalogus tamen monachorum in libro ipso Rhenaugiensium duntaxat vetustatis injurias evasit, Augiensium et Murbacensium deperdito.“ — „Constat autem ex toto hujus libri contextu non solum viventes ei inscriptos fuisse sed etiam defunctos qui ad illius monasterii sillabum quod describebatur pertinebant. Sic praesertim foliis 10. 22. 23. 24 et 26 quod fratres de Elchenwangia recenset, expresse declaratur praecedere vivos et defunctos subsequi.“ — „Quousque vero se extendant vivorum nomina et subsequantur defuncti definiri ad unum non potest.“ *Unde elucet nonnullas paginas quibus Goldastius adhuc uti potuit Hohenbaumii tempore iam deperdita fuisse. Multo maiorem operam codici nostro navavit P. Hug. Schmidfeld, mon. Sanblasianus qui eum ab initio usque ad finem non male transscripsit. Eius apographon una cum apographo codicis Augiensis nunc Carolsruhae asser-*

catur (M. S. B C) et cum Schmidfeld codicem multis locis adhuc integrum viderit, quibus nunc nomina putredine vel carie correpta sint, haud parvum ex eo emolumentum sumpsimus et quid legerit suo loco adnotavimus. Praeterea 67 magnis paginis de libro Augiensi eisque nominibus disputat, sed hae disquisitiones quamvis diligenter conscriptae sint, hodie nullius pretii sunt. Denique codicem laudavit deque libro brevi disseruit Zapf in „monumenta anecdota histor. Germaniae illustrantia" p. 543—551 cum de abbatibus monachisque Rhenaugiensibus egit libro Fraternitatum Sangallensium inscriptis. De Brüllisaueri catalogis e nostro codice sumptis cf. p. 188. editionis Sangallensis.

D. Cod. Sangall. 915 (qui a Scherrero catal. p. 336 sqq. et a Wartmanno, Mittheilungen zur vaterl. Gesch. XI. St. Gallen 1869 p. 1 sqq. descriptus est) interspersis aliis textis in paginis 1—2. 5—26 confraternitates continet, quae post Goldastum plenius a E. Dümmlero et H. Wartmanno (St. Galler Mitth. XI, 1—24) editae sunt et hic (I, app.) ex ipso codice repetuntur. Praeterea duae rotulorum formulae et promissionis formula ex eodem codice sumpta infra dabuntur.

E. Cod. Sangall. 453 (cf. Scherreri catal. p. 148 et Wartmannum l. c. p. 3) easdem confraternitates ex praecedente codice inde a verbis aurea nichilominus gemmata *transscriptas (usque ad p. 13 col. alin. 24), sed duabus auctas p. 15ª—16ᵇ l. 12) continet quas primum Goldastius l. c. II, 180—184 publici iuris fecit. Praeterea in paginae quartae decimae columna altera conspectum monasteriorum cum Sangallensi confoederatorum exhibet quem et ipsum Goldastius (II, 179) primum edidit. Apographon confraternitatum huius codicis manu Stipplinii in chartario (D V, 32) asservatur.*

Alium adhuc codicem Turicensem confraternitates continentem extitisse scimus, e quo P. Trudb. Neugart, cod. dipl. Alem. et Burg. transjur. Typis Sanblas. 1791 eas edidit. Is p. 258 no. 316 confraternitatem cum Augiensibus, Bobiensibus, Desertinensibus, Scinensibus et Campidonensibus, p. 458 no. 563 cum Rinaugiensibus, p. 459 no. 564 cum Murbacensibus, p. 459 no. 565 cum Ratpoldo epo., p. 549 no. 667 cum Adalberone et Meginberto, p. 581 no. 715 cum Purchardo duce, p. 588 no. 725 alteram Augiensem, p. 626 no. 776 cum Eginolfo epo. conclusam publicavit. In cassum in utraque bibliotheca Turicensi hunc codicem diligentissime quaesivi; ne in Schinzii quidem catalogo ullum eius vestigium inveni. Deperditus vel in bibliothecarum adytis videtur occultus esse.

† NOMINA FRATRUM CANONICORUM DE MONASTERIO WÉRIDE

(1)

Huadalricus presul
Willibold
Dominicus
Reccho
Plidger
Cundhart
Reginolt
Prunine
Hûnpreht
Reginfrid
Wolfrat
Muozo
Wofnand
Cozpold
Cundpold
Erlepreht
Herirat
Fruotini
Ratpreht
Rihpold
Otpreht
*Andustrius peccator
Hunto
item Willibold
Fridupreht
Liutfrid
Reginhart
Reginger
Liuto
Adalhart
Cundini
Hêrhart
Ruadoloh
Otfrid

(2)

**Atto*

Erinpreht
Adalpreht
Heldini
Huoto
item Huoto
Muatheri
Ricohlf
Liutfrid
Herimar
Ernust
Reccho
Adalolf
Adalpret
Spiligern
Engilpret
Walteri
Piccho
Albirih
Winiman
Germunt
Heriger
Kerloh
Cotepreht
Reginbold
Adalmar
Ruadpald
Anulo
Ruadman
Altirich
Winipret
Sikibold
Cozpret

(3)

Cozzolo
Adalger
Cundini
Kerpret
Zeizpod
Hiltifrid
Ferwini
Starcho
Ruadmuot
Theganpold
Werimbreht
Engilger
Willold
Adalfrid
Willibold
Ruadho
Witolf
Kerolt
Reginger
Alpger
Cotini
*Santus
Reginger
Anshelm
Heimo
Gerbold
Adalpreht
Theotfrid
Ruatho
Echihart
Herivuns
Reginmuat
Huato
Iónan
Kerloh

(4)

Ratheri
Ruadheri
Anno
Cozzolo
Adalman
Ruadaloh
Sigibold
Winiger
Theotoloh
Ruadheri
Kerolt
Ruadpold
Rihart
Rihpret
Kerpoto
Frumirih
Werimpret
Adalswab
Erchanolf
Sikipret
Reginfrid
Erchanbold
Sigihart
Cundhart
Starcho
Wolfger
Hildini
Hilterat
Ruadpret
Liutoloh
Herírat
Hartger
Wolfmuot

In dextro margine nonnulla experimenta addita sunt. 2, 15 *c.* Spilygern; y *ex* in *corr.* 2, 17 *c.* Uᵛalteri. 3, 22* *an* Sauzus? *Nomina huius paginae repetita sunt in coll. 242—247 (1, 23. 3, 22. 5, 19 deficiunt; cf. 3, 31 et 245, 1).* 3, 34 h *columnae lineamentis tectum.* 4, 1 *c.* rathari. *Ad 1, 24** Andustrius *cf. 37, 21*, ubi eadem manu scr. est, necnon I 388, 4. 394, 20.*

1, 1 Weride, hodie Schönenwerth (Ct. Solothurn), in insula Arae fluminis constructum, primum in Remigii epi. Argentoratensis testamento d. d. id. mart. 778 (cf. Neugart, C. D. I p. 65 n. 69) commemoratur, cui a Ratperto traditum erat et qui id ecclesiae S. Mariae post mortem suam esse voluit (de historia monasterii cf. Rettberg II, 70. 128, Gelpke II, 181—183, von Mülinen I, 56). Ex hac monachorum tabula concludi licet Weride mon. olim fuisse Lusonensis dioec., nam 1, 2 Huadalricus presul unus Lusonensis eps. huius nominis (ante ann. 814, quo Fredarius electus est), qui iam concilio Francofurt. 794 interfuit (Gelpke p. 183—186 v. Mülinen p. 20) potest esse. De episcopo Basileensi (823—835) cogitare vetamur, cum ex nominum formis hanc tabulam intra primos decem annos. saec. IX[mi] conscriptam esse appareat. -olf et -olt terminationes non ante 762, g initio uocis saepius in k motum post 772, e littera in ger. ker terminationibus post 776, b abundanter motum in p post 780, ini pro wini et bold. pold pro bald, pald post 788, ei 3, 24 post 793 occurrunt. Cum e uocalis ex a mutata fere semper (exceptis duabus uocibus), tamen 6 uo praeter 17 ua occurrant hanc paginam ca. annum 810 conscriptam esse perspicuum est. De ceteris nominibus nihil certius afferri potest. 1, 24 saec. XII[mo] videtur insertum esse, cum post 242, 22 desideretur; cum „peccator“, quo humilitas et verecundia erga deum, ut et ipsa uoce „indignus“, indicatur (cf. Wartmann I n. 5. 39. 67. 69. 70 saepius), additum sit, hoc manu propria Andustrii scriptum esse concludi licet (cf. 89. 5 alemuic pec.).*

(5)

Tiethmar eps. de Curia

†
Ranpret
Otpret
Friduger
Ruadcoz
Adalfrid
Sigihart
Adalman
Adalger
Pernheri
Adalfrid
Herirat
Hiltiman
Germanus
Ruadolf
Othart
Funtan
Adalmunt
Reginger
Reginhart
Kewirih
Chunipret
ERlolf
Paldfrid
Gerolt
Hericoz
Engilman
Cozzolo
Erchanger
Waldger
explicit de Weride

Eberhart

(6)

Chadolt
*Haduini
Agana
Kisuldrud
Waltarat
Hilterat
*Peranhart presb.
*Pero presb.

*Oadalhart
Wito
Uto
Wichram
Muotheri
*Isanbartus
*Opo
Reginsind
Herolf
Sigidrud
*Saxo
Reginpret
Heripret
Sigipret
Hilthrud

**Walterat*
Tiethelm
Wolcoz
Kerbold
Walthere

(7)

*Rechinolf
Rechinolf
Wolverat
Egino
Sigehart
Friderich
Chunegunt
Chunegunt
Willebirch
Tuota
Wernhere
Willebirch
Udinta
Adalheint
*Adalbero
Engilrat et
filiorum eius
*Friderich
Friderich
Adelheit
Thiemo
(*Endigen Hainrich Gepa Ǒto ob.)

(8)

(*Wolvini)
(*Brunine laic.)
(Sigihart laic.)
(*Ato)
*Waldpreht
Witsind.
Wichpreht
*Hartpreht
Kerlind
Hartpreht
Wolfhart
*Engilbrich
*Kerniu
*Heribertus
Ritrud
Hatho
Lantpret
Heribret
Adelhart
*Arnolf
*Eberhart
Kisila
Ǒdilrich
Cuntere
Liutkart
Hemma
Notker
Othere
Wolesin
Engila
Adalbuch
Cuntere
Megincoz

Scriptura col. 5, 1—31. 6, 1 eadem est quae in pag. I extat. Coll. 6. 7. 8. diversis temporibus et a diversis scriptoribus confectas esse apparet. 6, 15—23 una manus, sed diverssis tempp.; similiter 7. 1—21. et 8. 5—12. 6, 24—28 et 5, 32 eadem manu scripta sunt. 5, 15 *c.* Ruadolph. 5, 25 l *in ras.* 6, 28 *c.* Uualth. 7, 11 u *superscr.* 7, 18 l *postea praefixum.* 7, 21 i *superscr.* 7, 22—24 *rubr. Coll. 7. 8 repetitae sunt in 142; 6 in 143, 1—5.*

5, 1—31 monachi de Weride mon. sunt. 5, 1 Tiethmarus eps. Curiensis, Dec. 1039 — a. d. VIII. Cal. Febr. 1070 (Mulinen I, 12, Gams 268); cetera nomina huius paginae inter 810 (ca. quem annum praecedens pagina scripta esse videtur) et 1070 conscripta esse oportet, cum alias Tiethmarus non hoc suo loco insertus esset. Initia vero columnarum iam ante 887 scripta sunt, alias tabula domus regiae, quae nunc in c. 12ma est, hic digniorem locum inuenisset. Cetera nomina uidentur donatorum esse, quamuis non omnia quae hic conferam, aeque certa sint. 6, 6 fortassis, idem cui Patacho et Sigihart (cf. 287, 30) monachicam uitam 857 procurare uolunt (Wartm. II, 452): 6, 10 (pro uuita?? W. II, 468 de anno 859); 6, 14 donatoris frater 864 (W. II, 499), quamquam donator ipse eiusque parentes Pirihtilo et Cotalind desiderantur. 6,21 donatoris pater 868 (W. II, 539); 6, 24 eius uxor? 6, 25 eius consanguineus? non verisimile, cum inde ab 6, 24 alia sit scriptura. 7, 5 donator 824 (W. I, 268); 7, 16 uxor donatoris 868 (W. II, 540), cognata Heriperti, Walteratae et Thiethelmi (6, 21. 21. 25), cuius filii, id est filius et filiae, in charta commemorantur. 8, 5 don. 819 (W. I, 214); 8, 17 don. 820 (I, 246). 8, 27. 28 in animum nomina centenariorum turgouiensium revocantur (cf. Meyer von Knonau, ein thurgauisches Schultzengeschlecht); fortassis, propter tempus, Notker († 912) et Othere fratres (l. c. p. 49). Quae praecedunt et sequuntur nomina horum parentes significare suspicor. De 7, 22 cf. ad 70, 33.

(9)

†

*Purhlind
*Benedictus
Elysigarius
Einhart
*Werinbreht
*Notinc eps.
Ebo eps.
*LIUTFRID
*Cuntpred
Wirtinna
Wlfrihe
*Ellinhart
Ernnust
Suanahilt
Sigibold
Anastasius
*Stacco
Regindrud
Reginsind
*Hummo
Lantsind
Otarat. (*Witila)
*Ata
Sigidrud
Heildrud
Theota
*_Sigihart mon._
Ruodolf
*_Williheri_
Ratolt
Reginhart
Hettilo
Ruoddrud
Amalpreht

(10)

*Theoto coreps.
Liutini
Theganmar
Undolf
Puabo
*Wolffrid
Adalman
Selpertus
Egilolf
*Cundhere
Wulvila
Hiltigund
Stillimuot
*Antwart
Otine
Peratram
*Adalhó
Marahsind
Perahsind
Ermenlind
Adalmax
Ricram
*Weringis
Liutgis
Muotgis
Weringis
*Reginfrid
Puoto
*_Tetta Sandolf_
Erih
Sigipurc
Friderih
Heilrat

(11)

*_HADDO LAIC._

*Ruadruht
*Nidker
Cozhelm
Kerhilt
Hadabreht
Otram
*Engilfrit
*Wicheri
Chunigund
*Ellinrat
Ermingart
*Nordpreht
Hunolt
Irmina
Albsind
*Wolvolt
Hegino
Sigibold
Wigerat
Sigihart
Heriger
Hiltebreht
Ratine
Ruadolf
Meginhart
Wolverat
Ruadsind
Uadalhilt
Adalsind
Liupsind
Amalunc
Sigiburc
Frewihilt
Engilsind
Cundsind

(12)

*Karolus imp. Magnus
Hludowicus imp.
Hlotharius imp.
Hludowicus rex
Karolus imp. occid.
Pippinus rex
Karlomannus rex
Hludowicus rex
Karolus imp. novissimus
Hemma regina
Hiltigart
Irmingart
Gisla
Perhta.
Wampurc
Diothilt
Ava Guoto
Appollonius
Gaganwart
Williboto
Otger. Gerolt.
Iohannes
Hiltirat. Salacho
Heriwic
Ringrim
Sigiwin
Rihpold. Waldrada
Folcrat
Gerolt. item Gerolt
Ǒdalrih
Engilpreht
Hunolt
Nidhart. Liuto
Deganpold,
Albrih Immo
Rifuni Huc
Item Wieger
Thrasolt
Gisalheri
Willihart
Anspold
Sigipold
Christan
Rihlind
Ellinpurc
Pilidrud
Wielrat
Hugipreht presb.

In dextro margine haec verba ab inferiori ad superiorem partem paginae scripta sunt saec. XII[mo]_:_ Vvalravin laievs[s] obtulit censv̄ suū beato Gallo. _9, 9. 11, 15 c._ Cuntpret Albsint. _9, 9—22 ab uno scriptore; similiter 10, 14—22 (ubi inde ab 17 scriptura negligentior fit). 9. 27—34 et 10, 29—33 ab eodem scriptore scr. 12, 27 c._ uualdrađ. _12, 29_ item _superscr. 12, 47_ el _non satis distinctum. Col. 12 litteris minusculis omnis ab eodem scriptore scripta._

9, 2 abbas Indensis (antea Anianensis in Septimania), amicus Ludovici Pii, † a. d. III id. Febr. 821 (Simson I, 163). 9, 3 prioris amicus, cancellarius Lud. Pii; abbas Centulensis et aliorum monasteriorum † ante 840 (Simson I, 23. II, 234); 831—833 exul. 9, 4 abbas, rerum a Carolo M. gestarum scriptor † prid. Id. Mart. 844 in monast. Seligenstadt, cf. II, 385, 3. 4, ann. Gandersh. SS. II, 844. 9, 6 (Veronensis 840—844) Brixianus 844—865. 9, 7 (Remensis archieps. 815—845) eps. Hildesiensis 845 — a. d. XIII. Cal. Apr. 851 (Dümmler I, 247); cf. II, 334, 11.

Haec duo nomina anno 845 scripta esse credo, quo Ebo ex Italia redux, a Ludor. Germ. denuo episcopus factus est Notone quoque circa idem tempus cum Hrabano de Gottschalci doctrina consuetudinem videtur habuisse (Dümmler I, 315). 9, 2—4 igitur non post 820; 6. 7 circa a. 845 scripta sunt. 9, 8 quamquam uel potius quia titulus omissus est ducem Alsatiae filium Hugonis Turonensis com. esse suspicor († 865 Dümmler I, 568 not. 4), qui cum et ipse Grandis vallis mon. abbas fuisse perhibeatur iure inter episcopos collocatus est. Cuius e filiis minimus natu Liutfrid tres filios habuit: Cuntpret, Liutfrid, Hugo (Neugart C. D. n. 635). Qua de causa conicere iuuat 9, 9 quoque et sequentia nomina eiusdem familiae fuisse. De Liutfr. cf. Meyer v. Knonau, Ekkeh. p. 68. 231 10, 1 Constantiensis sub Salomone I. (cf. II, 221, 3). Cum Augiensis tabula primis annis Salomonis epi. conscripta esse appareat hoc quoque nomen non multo post 846 scriptum esse opinor. 10, 2 don. anni 849? (W. II, 407) 10, 7 don. 851? (W. II, 413.) 10, 11—19 Antuuart fil. Perahtramni et Perahsindae, frater Otuni et Perahtramni anno 851 (W. II, 414); 15. 16 fratres sunt donatoris 19 mater uel soror. 11, 7 don. 861? (W. II, 481). 11, 27. 35 don. 863 eiusque uxor? (W. II 494); sed cum hic de filiis suis legitimis tantum loquatur, 28—34 alios eius cognatos esse oporteret. 12, 1 — 22, 3. 12, 2 = 22, 6.8. 12, 3 Ludouici Pii filius maximus natu; cf. 22, 7. 12, 4 Lud. Germanicus cf. 22, 8. 12, 5 Carolus Caluus, cf. 22, 9, qui in Austrasia imperator non receptus est. 12, 6 = 22, 6 alter fil. Lud. Pii 12, 7 filius max. natu Lud Germanici natus ca. 828 (Dümmler I 169), 865 rex Baioar.; Oct. 877 rex Italiae regno renunciat 879, † a. d. X Kal. Oct, 880 (Dümmler I, 139) necrol. Aug. (Züricher Antiqu. Mitth. VI, 2). Necrol. Wizanb. Archiv f. Unterfranken XIII, 3 ann. necrol. Fuld. (SS. XIII). 12, 8 alter fil. Lud. Germ. 876 rex Franciae orient. 879 Baioariae 880 Lotharingiae † a. d. XIII. Kal. Febr. 882 (Dümmler II, 163) Necrol Aug. (Z. A. M. VI, 2) contra Cal. Necrol. Lauresh. (Böhmer III, 149.) 12, 9 Carolus III., medio Febr 881 imper. Rom. post mortem Ludouici Baioariam, Franciam or. et Lotharingiam, 885 Franc. occid obtinuit, Nov. 887 impero motus † Id. Ian. 888 (Dümmler I, 861). 12, 10 uxor Lud. Germ. filia Welfonis, nupsit Lud. 827 (Simson I, 297) † prid. Cal. Febr. 876 (Dümmler I, 861). 12, 11 filia maior natu Lud. Germ. nata ca. 830, abbat. Svarzacensis, postea inde a a. d. XII. Kal. Aug. 853 S. Felicis et Regulae Turegi, † a. d. X Kal. Jan. 858 vel 859 (Dümmler I, 863) cf. II. 413, 4. 12, 12 eiusdem filia minor 857 abbat Buchaugiae (Hund, metrop. Salisb. II, 166, monn. Boica II. 115. † a. d. XVII. Kal Aug. 866 (ann. Alem. SS. I, 51 necrol. S. Galli S. Galler, Mitth. XI, 63). Cum 12, 13. 14 Caroli Magni filiae esse nequeant [propter tempus (Gisla † 804, Bertha † 829 cf. Einh. ann. SS. I, 192 (Simson I, 18), et quia Rothrud († a. d. VIII. non. Jun. 810 cf. Karajan 35, 8) deest] non dubito quin 12, 14 Ludouici Germ. tertiam filiam significet, abb. Svarzacensem et Turegi (Dümmler I 863) † a. d. VII Kal. Apr. 877 (ann. Alem. cont. Sang. alt. ad 877). Qua de causa 12, 13 quoque ejusdem Ludouici filiam, forsitan prima infantia mortuam (cf. II, 383, 7* und 7?) significat, nam una Einhardi filia huius nominis praeterea occurrit quae cur hoc loco posita esset non intelligeremus. Cf. tabulas Karolorum I, 22. II, 383 (819—823). II, 322. II, 460. III, 7. 8. III, 35. Nostram tabulam inter 881 et 887, forsitan non multum post 881 conscriptam esse oportet, et cum Richardae imperatricis (coronatae 881), quae imperatorem Nov. mense 883 ad S. Galli monasterium proficiscentem sectabatur (Ratp. cas. SS, II p. 74 c. 33 Meyer v. Knonau p. 62 not. 154. Dümmler, Mitth. XII, 219 cf. p. 255 sq.) mentio non facta sit, hanc tabulam post Iunium mensem 887 conscriptam esse opinor, quo a marito discessit et in monasterium se contulit (Dümmler II, 285). Chartae imperatoris d. d. Lustnoria (prope lacum Potamicum) a. d. IX. Kal. Aug., a. d. III Id. Aug., a. d. XI Kal. Oct. extant. An 12, 17 comitissa huius nominis quae 895 mon. Cluniacense construxit (Sigeb. chron. SS. VI, 344, 15) et 21 Olger archieps. Moguntinus († 847 cf. Dümmler I, 299 not. 25) [an eps Eichstad. (Ruod. Fuld. ann. SS. I, 370)] et Gerolt cappellanus Ludouici Pii (Simson II, 251. Dümmler I, 855) et 12, 22 eps. Cameracensis (866—879) et 12, 27 coreps. Remensis Waldrada uxor Lotharii, [cf. II, 35. 20], 12, 28 coreps. Moguntinus (—853), 12, 29 comes Zurichgouuiae, 12, 30 com. Turgouiae, 12, 31 maritus Berthae, 12, 33 eorum filius scriptor rerum Ludouici, 12, 35 com. Parae (in chartis 845—868), 12, 41 abb. Pramiensis sit nescio et pro certo affirmari nequit.*

NOMINA FRATRUM DE TURONIS.

(13)

Fridegisus abb.
Flodomarus
Gisledrammus
Lanpertus
Raino
Godilo
Hodilardus
Warno
Sigilau
Waltarius
Adjutor
Trutgaudus
Remedius
Gerhartus
Rinharius
Cozbertus
Aledramnus
Saifardus
Garuinus
Frodaldus
Ebroinus
Matlebertus
Hello
Hartbertus
Agilbertus
Brictius
Iohannis
Absalon
Waratto
Nectarius
Erchanaldus
Floroinus
Iesunaue
Kislaus
Adalufus
Waltarius
Walafredus
Leuthardus
Savaricus

(14)

Ansegarius
David
Gislarius
Ansoaldus
Theoto
Zacheus
Gaugenus
Waldramnus
Hildolfus
Aldo
Cauzbertus
Hadebertus
Leuthardus
Blatgildus
Audradus
Ingilbaldus
Lantbertus
Adrebaldus
Adalbaldus
Ermaldus
Heistaldus
Gottharius
Adalradus
Landamarus
Gislardus
Teuterimus
Bertharius
Miro Moysen
Sidrac
Raganbaldus
Raganardus
Fredricus
Agilaldus
Haregarius
Hildegaudus
Nauto
Fredegaudus
Alpinus

(15)

Adilleodus
Wilchardus
Morbertus
Berningus
Theutgaudus
Haimo
Ermenradus
Hartgarius
Paulus
Getramnus
Amalguinus
Gabrihel
Wandaricus
Aldo
Donatus
Haimo
Adalsoab
Ingilbertus
Raduinus
Waltarius
Helias
Litramnus
Optatus
Martinus
Framnaldus
Richelmus
Huebertus
Frambertus
Geribaldus
Geraldus
Leuthardus
Codobertus
Ebregaudus
Ingilbertus
Alcarius
Aldolenus
Gabrihel
Marcradus
Teodaldus
Witradus
Hildebertus

(16)

Raganbertus
Helmoinus
Abundus
Adebertus
Odulricus
Adam
Lonicho
Bernnaldus
Evo
Albericus
Ioseph
Betto
Maganharius
Adalgaudus
Ingilramnus
Maganardus
Waltarius
Gaudius
Ercambodus
Herloinus
Arnulfus
Helmoradus
Ingilo
Hunfanger
Helidoldus
Garimundus
Frotbertus
Zuppo
Eodo
Marcfredus
Hoto
Frodoinus
Adalbaldus
Arnaldus
Herericus
Bernegarius
Gislehardus
Fredegysus
Witradus
Isingaudus

Omnia nomina huius paginae ab eodem scriptore, a quo etiam prima pagina conscripta est. 13, 33 I *in ras. alius* l. 13, 1 *inscr. rubr.* 16, 37 *c.* Gisbehardus. *Col. 13, 1—18, 20 = Col. 234—241.*

13, 3 nomina monachorum S. Martini monasterii Turonensis in Gallia siti, quod Alcuino rectore studio litterarum floruit et unde toti regno optimi episcopi et scholarum magistri venerunt. Alcuini successor 13, 2 Fridugisus 804—832 (Simson II, 238), qui SS. Othmari et Bertini quoque monasterium regebat, frenis monasticae vitae relaxatis, ex monachis canonicos seculares 818 fecit, unde colligi licet hanc tabellam qua fratres i. monachi nominantur (cf. 1, 1 „fratres canonici“*), ante hunc annum conscriptam esse, id quod optime cum ceteris temporis indiciis huius quaternionis congruit. Quin etiam non paullo ante hunc annum videtur conscripta esse, cum verisimilius videatur Fridegisum mox post mortem Alcuini quam paulo ante monasterii immutationem, quam moliebatur, foedus confraternitatis cum Sangallensibus iniisse. Chartae celeberrimi monasterii nunc combustae sunt: capita earum collecta sunt ab E. Mabille (la pancarte noire de St. Martin de Tours. Tours 1866).* *14, 5 Theotonem Fridegisi successorem esse conicio, qui 834 fortiter pugnans contra Lantbertum et Mahtfredum diem obiit (Rudolfi Ann. Fuld. SS. I, 360 Herim. Aug. Chron. SS. V, 703. Ann. Bertinian. SS. I, 428). Neque magis certum est an 15, 6. 16 eps. Halberstadensis (840—853) sit, quem iuniorem Alcuini discipulum fuisse constat. Cum viri et defuncti in hac tabula non separentur, ei abbates, qui Fridegisum praecedebant, non nuncupati sunt.*

(17)

Hitto
Dodaldus
Adalgodus
Firmatus
Gerradus
Ermennarus
Autbertus
Hildelaicus
Saruinus
Gerardus
Alaricus
Autenus
Agaxomo
Ebolus
Wlfhardus
Amalricus
Aemarus
Frotgarius
Garibernus
Godolbertus
Susannus
Erchanaldus
Primorius
Waltarius
Adalerimus
Paulus
Gislarius
Bethleem
Gauzhuius
Gedeon
Codobertus
Deusdedit
Petrus
Gauzhuinus
Adalmandus
Gislardus
Agibertus
Burwaldus
Adalulfus
Odalricus
Agambertus

(18)

Otlehardus
Saramannus
Inginaldus
Haldegarius
Gauzmarus
Adalaldus
Dadramnus
Aganfredus
Hirminmarus
Severus
Amalricus
Ansfredus
Wanbaldus
Ermenfredus
Lantbertus
Paulus
Wilmarus
Zacheus
†
*Herich

*Erchanbold

**REGINBOLD*

Purchardus
Chunigund

*Constan-
tinus*

(*Maria)
(Effrem)
(Petrus)
(Agafia)

(19)

**YMMO*
REGINDRUD

Tancherat
Otto
Kêro
Otto
Willa
Anno
Richinza
Otine

**Werinharius*
Werinharius
Piccho
Erchenker

**Alberich*
Cotta. Ita
Pernhart
Gerhilt

**Winithere*
Thieoting

(20)

**Thieotingint*
Richheit

**Game-
nolfus
eps.*
Salacho
**Richfrit*
Chudolo
Adalwach
Chuzo
Liupo
Wolcerat
**Eburhart*
Meginhilt

(*Werinherus)
(Mahthilt)
(Rôdolf)
(Agnesa)

Col. 17. 18, 1—18 a scriptore paginae praecedentis. 18, 9 *c.* hirmirmarus 19, 20 *c.* Thieotinginh *primae novem litterae in ras. alius nominis, cuius tres litterae finales* inh *adhuc extant.* 20, 11 p *postea in* b *corr.* 18, 21, 19, 1. 2. *rubr.* 18, 22—23 *manus rustica et gravis.* 18, 26—29 *script. saec. XII*mi. 20, 3—12 *ab eodem scriptore scripta esse videntur litterae licet inde a 7 minores fiant.* 20, 15—18 *a script. saec. XIII*mi. 20, 1 o *superscr.* 20, 2 *alterum* i *superscr.*

18, 9 *Hirminmarum Sickel (I, 95—96. 99) notarium Ludovici Pii huius nominis esse suspicatur.* 17, 16 *vel* 18, 11 *Amalricus levita esse potest, qui a Bouquet (VIII, 451 n. 29 de scholis S. Martini) commemoratur; cetera huius chartae nomina Milo et Guichardus, necnon Wichardus presb. S. Martini, ad quem cella S. Columbae pervenerat, hic non occurrunt.* 18, 18 *Zacheus ultimus Taronensium est. Nomina coll. 19. 20 Saxonico tempore videntur addita esse:* 19, 3—10 *saepius in domo regia Saxonica occurrunt.* 20, 3—5 *eps. Constantiensis (976 — a. d. XI Kal. Iun. 980; cf. ser. epp. Const. SS. VIII, 325 ann. necrol. Fuld. mai. ibid. ann. Einsidl. SS. III, 143. Oudalscalchi vita Chuonr. SS. IV, 433. vita S. Chonr. altera SS. IV, 440 Herim. Aug. chron. SS. V, 117. Bernoldi chron. SS. V, 423 et Neugart ep. Const. I, 296. Gelpke I, 357). 19, 5 marchio Saxonicus cf. infra I app. n. 11.*

(21)

: : :
prich
Imma
Engilker
Hilti-winus
Cacil
LIUTOLT COM.
IRIMBRIG.
COZBERTUS
PEHRALIND
Amalbret
Nordman
Irinbold
Puldger
Erchanhilt
Rimgrim
Jacob
Seliger presb.
Cotesman presb.
Reginfrid laicus
Petto
Hunaca
: : : odbret
**Slougo*
Swabin
Adalhelm
Thancharat
**Berachgart*
Adalsind
Liubsind
Burichinc
Ruodgart
Folcheri
Eiga

(22)

(*Ratpoldus . . . . .)

Pippinus rex
*Isanhart
Carlomannus
*Warburc
Carolus imp.
*Theotsind
item Carolus
*Waltarih
Pippinus *rex*
**Hludawicus imp.*
item Pippinus REX
Dominicus
Lodharius rex
Iudith imperatrix
Ludawic
Carolus iuvenis
Truago **Adalhart*
Adalger
Huc **Chunarat*
Stephanus. Hetti eps.
Deodericus
*Chuniguud
Bernhart filius
Liutbreht
Pippini
**item Pippinus*
Bernheri
Meginheri
**Hludowic cler.*
(*Cozniu :)
**Winidharius*
**Cundachar*
Cundachar
**Engilbertus*
Wrmheri
Bonifatius (*Ruacharius com.)
Perahart
Ruadbreht
Engilbreht
Sigibold
Wolfrid
Ratpold
Werdhilt
Rachilt
Wrumheri
Amalunc
**Woleger*

(23)

Ruadpreht
Hunfridus com.
Adalbertus
Oadalrih
Hunfrid
Hitta (*Purucca)
Folcwinus
Heimila (Kerolt)
Hunzo (Palderih)
Cundsind
*Kerolt
Follmar
Adulrih
*Secundus
Drudmunt
Imicho (*Adalhart)
Liutfrid
Karaman
Wolvini. Imma
Theotpric
Amalrat
LiuteRICUS
WaNtalmaR
RoadoLF
Ernust
Cundachar
Werinheri
Nandger
Adalhelm
Waninc
Pabo (*Ato com.)
Amal (Adallind)
Reginpreht
Alberih
Cozpert
Amalpreht
Rihhart
Rathart
Albarih
Wolfheri
Erminsindi
Altirih
Thiotpold
Tota

(24)

(*Liuthart)
(*Ruadhelm)

Willihelm
*Oadalbret
Hûc **Engilhart*
Piccho *Ratpric*
Mahtfrid
Palderihc
Palderih
Liuterih
Otker
Helmcoz
Cundram
Cundhart
Aserih. Milo
Wentilmuat
*Perahlind
Drasamunt
**Wacho* (*Hiltibold)
*Egilolf
Hatto Ratlant frat.
Wolveni *Tacarihc
Winihheri *Cunchart
Sieger
Heribertus
Folcho Einhart
Thiotirihc
Rihchini
*Hagano
Blidker
Kerans
Heriwart
Eburwart
Bernker
Trautbold
Wolfheri
Verinker
Hartbret
Liutwart
Cundhachar

(25)

(*Cozpric)
(Cundpret)

Liuto Smido
Ruadker
(10.) [p. 19.] ANNO AB INCARNATIONE DOMINI DCCC. Regnante domno Carolo serenissimo cesare augusto facta est conventio et unanimitas precum huius scilicet sancti Galli et Augensis coenobii sub abbatibus videlicet domno Werdone atque Waltone. Qui primitus cum fratribus ex utroque loco in hac communione consentientibus instituerunt, ut quandocumque frater aliquis obierit et loco vel senioribus ibidem commorantibus adnuntiatum fuerit, eo die presbyteri tres missas et cęteri fratres pro eo psalterium ac celebrationem vigiliae decantent communisque oblatio ab hominibus fiat. Item in die septimo XXX psalmos, tricesimo autem presbyteri omnes pro eo unam missam, et ceteri L psalmos impleant. Ceterum vigilias pro defunctis in capite singulorum mensium ex more iugiter celebremus, in quibus vigiliis omnium simul defunctorum fratrum, qui in nostro consortio coadunati sunt, commemoratio fiat, eoque die commemoretur et nomen nuper defuncti fiatque oblatio omnium fratrum simul, tam pro illo, quam et generaliter pro omnibus. Et post hæc unusquisque presbyter cantet unam missam et ceteri fratres L psalmos. Preter hæc quoque semel in anno sub die XVIII. [p. 20] KAL. DECEMB. commemoratio omnium simul fiat pro annuali singulorum videlicet defunctorum memoria, ipsoque die presbyteri ternas missas et ceteri fratres psalterium decantent ac celebratio vigiliæ communisque oblatio ab omnibus fratribus fiat.

Transactis post hæc C.XL. quatuor annis, mensibus tribus et duabus ebdomadibus, hoc est anno incarnationis dominicę DCCCC.XL.V. anno autem domni Ottonis serenissimi regis VIIII.

---

2 cod. Scī B. *4 In fine paginae 18vae duae formulae rotuli, quibus obitus fratris aliis monasteriis fraternitate Sangallensi coniunctis indicari solebat, a duobus aliis scriptoribus additae sunt, quarum tenorem infra edemus; praeterea sequitur formula promissionis, de qua v. infra. Inde a 14ta linea pag. 15. usque ad pag. 18vae lin. 11mam sequentia leguntur:* PAPAE DECRETUM BEATI GREGORII. Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere et de eorum perpetua securitate tractare, anteactum nos officium, quod in regimine coenobii exhibuimus, informat. Et ideo quia in plurimis monasteriis multa a presulibus preiudicia atque gravamina pertulisse cognoscimus, oportet, ut nostrę fraternitatis provisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione, quatinus conversantes in illis in dei servitio gratia ipsius suffragante mente libera perseverent. Sed ne ex ea, quę magis emendanda est, consuetu[p. 16]dine quisquam monachis quicquam moleste presumat inferre, necesse est, ut hęc, quę inferius enumeranda curavimus, ita studio fraternitatis episcoporum debeant custodiri, ut ex eis non possit ulterius inferendo inquietudinis occasio repperiri. Interdicimus igitur in nomine domini nostri Jesu Christi et ex auctoritate beati Petri principis apostolorum prohibemus, cuius vice huic aecclesiæ Romanę auctore deo presidemus, ut nullus episcoporum ultra presumat de reditibus, rebus vel cartis monasteriorum, vel de cellis seu villis, quę ad ea pertinent, quocumque modo qualibet exquisitione minuere, nec dolos nec inmissiones aliquas facere, sed si qua causa forte inter terram venientem ad partem suarum aecclesiarum et monasteriorum evenerit et pacifice non potuerint ordinari, apud electos abbates et alios patres timentes deum sine voluntaria dilatione mediis sacrosanctis euangeliis finiantur. Defuncto autem abbate cuiusque congregationis non extraneus nisi de eadem conversatione, quem sibi propria voluntate concors fratrum societas elegerit et qui electus fuerit sine dolo vel venalitate aliqua ordinetur. Quodsi aptam inter se personam invenire nequiverint, sollerter sibi de aliis monasteriis similiter eligant ordinandum, neque constituto abbate quęcumque persona qualibet occasione preponatur nisi forte exstantibus, quod absit, criminibus, quę sacri canones punire monstrant. [p. 17] Pariter autem custodiendum est, ut invito abbate ad ordinanda alia monasteria aut ad ordines sacros, vel ad clericatus officium tolli exinde monachi non debeant; sed si abundantes fuerint, qui ad celebrandas dei laudes vel utilitates loci complentes sufficiant, de his, qui superfuerint, offerat abbas coram deo, quos dignos potuerit. Quisquis autem ex monasterio ad ęcclesiasticum ordinem venerit, ulterius illic nec postestatem aliquam nec licentiam habeat habitandi. Descriptiones quoque rerum aut cartarum monasterii ab episcopo æcclesiasticas fieri omnino negamus. Sed si aliquando res exegit, abbas loci cum aliis abbatibus discussionem rerum inventarum *(in ras.)* faciat et eorum consilio sive indicio finiatur. Obeunte autem abbate episcopus in describendis previdendisque acquisitis vel datis acquirendisve rebus monasterii nulla se occasione permisceat. Missas quoque publicas ab eo in cenobio fieri omnino prohibemus, ne in servorum dei recessibus et eorum receptaculis ulla popularis prebeatur occasio convenientibus vel mulierum fiat novus introitus, quod omnino non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare, vel quamlibet potestatem imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis levissimam faciendi, nisi ab abbate loci fuerit rogatus, quatinus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate nullusque monachum sine testimonio vel concessio[p. 18]ne abbatis in ęcclesia aliqua teneat, vel ad aliquem promoveat honorem. Hanc ergo scriptorum nostrorum paginam omni in futuro tempore ab omnibus episcopis firmam statuimus illibatamque servari, ut et suę æcclesiæ iuuante domino suo tantummodo sint iure contenti et monasteria æcclesiasticis conditionibus seu angariis vel quibuslibet obsequiis secularibus nullomodo subiaceant, nullis canonicis viris deserviant, sed remotis vexationibus a cunctis gravaminibus divinum opus cum summa animi devotione perficiant, universi episcopi responderunt libertati monachorum congaudemus, et quę nunc de his statuit beatitudo vestra firmamus in sempiternum. *11* XXX *in ras.*

7 de Werdone et Waltone cf. ad I, 378, 1.

domnus Craloh huius loci strenuissimus abba cum Alawigo Augensis coenobii venerabili abbate fratribus utrimque ex utroque monasterio pari voto unoque assensu in id ipsum conspirantibus prenotatum renovando decretum hoc saluberrimum subsequens pactum inivit, scilicet ut si quando frater aliquis in utrovis monasterio obierit corpusque defuncti in ecclesiam, ut moris est, translatum fuerit, antea inde non tollatur, donec omnes horæ canonicæ tempore statuto decantentur et omnis celebratio missarum sive vigiliarum, seu etiam psalmodiae pro defuncto persolvatur et tunc demum sepulturae commendetur. Ad eandem autem missam, quę primum pro eo a fratribus in commune recitatur, dicto Ter [p. 21] SANCTUS angelico carmine omnes pavimento prostrati tam diu iaceant, usque dum a presbytero pax domini dicatur, gemitibus et suspiriis et lacrimarum inundatione animam fratris attentius deo commendantes. Annona vero illi quondam viventi statuta ad anniversarium eius diem et inde usque in XXX dies pro eo in elemosynam pauperibus ad plene tribuatur. Et quando obitus alicuius de utrovis monasterio ad alterum fuerit indicatus, ipso die, si ita tempus dictaverit, in agendis vigiliis et missarum psalmodiæque cęlebrationibus unanimiter absque dilatione insistant. Similiter, ut ante notatum est, ad eandem missam hora predicta fratres se solo prosternant humiliter pro anima defuncti deo supplicantes. Ab illo etiam die annona sicut uni e fratribus datur, pro illo quoque ex integro per totos XXX dies pauperibus tribuatur. Decreverunt etiam, ut omnis congregatio fratrum utriusque coenobii in sex turmas partita cottidie privatis diebus unaquęque pars eorum die sibi definito vigilias et missam cum oblationibus generaliter pro omnibus defunctis fidelibus peragat et ad unamquamque synaxim in fine orationis [p. 22] ab omnibus eorum commemoratio fiat. Et ut hęc saluberrima pactio nullo modo a posteris nostris ignorantia aut negligentia ulterius omittatur, placuit nobis, ut in libellulo regulæ nostræ literis commendetur et frequentius in conventu congregationis recenseatur.

(11.) ANNO INCARNATIONIS DOMINI DCCCC.L. comes Saxonicus marchio contra Sclavos vir religiosus Kero nomine a liminibus principum apostolorum reversus monasterium sancti Galli orationis causa visitavit. Qui cum a fratribus benigne et hospitaliter fuisset susceptus, spiritali, ut creditur, admonitus instinctu studium sanctę conversationis sibi corde tenus placere professus est cępitque humiliter ac luctuose a patre monasterii flagitare, ut in consortium fraternitatis mereretur admitti. Libras quoque argenti VIII loco sancto devote ac fideliter optulit et si quo pacto vel apud regem vel apud quemlibet procerum proprietatem sive possessionem quamlibet infra terminos Alemannię consequi potuisset, monasterio se sine dubio collaturum esse promisit et in omnibus cęnobii necessitatibus sive negotiis iuxta scientiam faculta[p. 23]temque suam tam in palatio quam in privato infatigabiliter astiturum. Cuius precibus abbas cum congregatione annuens omnem consuetudinariam fratrum constitutionem sive in orationibus seu vestitu et victualibus tam viventi quam defuncto ex integro condonavit. Et ut hoc nulla possit oblivione deleri negligentiave intermitti, per annos singulos X. K. AP., quando haec et expetiit et optinuit, commemorationem eius inter sacras missarum hostias sanctum est fieri candemque pactionem in regula monasterii conscriptione firmari.

(12.) [p. 25] Anno ab incarnatione dominica DCCC. regnante domno Carolo serenissimo cesare augusto facta est conventio et unanimitas precum huius scilicet sancti Galli et Augensis coenobii sub abbatibus, videlicet domno Werdone atque Waltone. Qui primitus cum fratribus ex utroque loco in hac communione consentientibus instituerunt, ut quandocumque frater aliquis obierit et loco vel senioribus ibidem commorantibus annuntiatum fuerit, eo die presbiteri tres

---

1 *c.* cenobii (o superscr.)   9 *ras. litterae ante* gemitibus   16 totos *et* dies *in ras.*   17 *c.* cenobii (o superscr.)   23 *inde ab hac linea alia manus incipit.*   37 *Ultimae lineae pag.* 23*tiae subterscriptum legitur:* p annos singulos, *sed postea oblitteratum est. In pag.* 24*ta terminus quadragesimalis est.*   38 *post* DCCC *lacuna non fortuito videtur relicta esse.* || *c.* Regnanto   42 *c.* prebiteri (s superscr.)

1 de Cralone v. supra ad n. 8. || *Alawicus abb. Aug. 934—958 [cf. III, 111, 10].* || *Fratres Sangallenses in Cod. Aug. enumerati sunt II, 43 sqq.*   *24 de Kerone Saxonico marchione cf. Köpke et Dümmler et supra I, 19, 5*   *38 [cf. supra I, app. 10].*

missas et ceteri fratres pro eo psalterium ac celebrationem vigiliae decantent communisque oblatio ab omnibus fiat. Item in die septimo XXX psalmos, tricesimo autem presbyteri omnes pro eo unam missam et ceteri L psalmos impleant. Ceterum vigilias pro defunctis in capite singulorum mensium ex more iugiter celebremus, in quibus vigiliis omnium simul defunctorum fratrum, qui in nostro consortio coadunati sunt, commemoratio fiat eoque die commemoretur et nomen nuper defuncti fiatque oblatio omnium fratrum simul, tam pro illo quam et generaliter pro omnibus. Et post haec unusquisque presbiter cantet unam missam et ceteri fratres L psalmos. Preter haec quoque semel in anno sub die XVIII. kal. Decembris commemoratio omnium simul fiat pro annuali singulorum videlicet defunctorum memoria. ipsoque die presbyteri ternas missas et ceteri fratres psalterium decantent ac celebratio vigiliae communisque oblatio ab omnibus fratribus fiat.

(13.) Post huius denique orationis gratam communionem anno ab incarnatione dominica DCCC.XL.VI. regnante Hludowico [p. 26] gloriosissimo rege, sub Grimaldo abbate, facta est eadem conventio superiori capitulo prenotata inter istud coenobium et alia tria, unum sancti Columbani Bobii fluminis gloriosi nomen tenens, alterum Desertinense a vicinitate Alpium vocabulum trahens, tertium Schinense claro vocabulo lucens. Ita videlicet, ut nunc ac deinceps omni tempore series precum superius ex caritate vera compositarum ratam inter haec sanctissima loca teneat conexionem, sed neque finem habeat, nisi caritatem solam. Item novissimis temporibus eiusdem Grimaldi, hoc est anno dominicee incarnationis circiter DCCCLXV., factus est idem consensus inter hoc et Campidonense monasterium Karomanno abbate ipsius et ceteris senioribus id ipsum impetrantibus.

(14.) Anno etiam ab incarnatione dominica DCCCLXXXV. indictione III. imperante serenissimo domno Karolo imperatore augusto facta est conventio salubris inter monasterium sancti Galli, cui tunc venerabilis abba Bernhardus preesse videbatur, et aliud monasterium, quod Rinova nominatur, ubi Wichrammus abba prefuit ipso tempore, videlicet ut quandocumque de uno istorum monasterio ad aliud monasterium nomina defunctorum pervenerint fratrum, plena missarum et vigiliarum psalmorumque et oblationum commemoratio peragatur, sicuti solent in utraque parte pro suo proprio agere fratre.

E cod. 453.

(15.) [p. 15[a]] Anno ab incarnatione domini M.C.XL°.V° contigit Frideolum Augensem abbatem pro renovanda fraternitate et pro cogitanda utriusque loci utilitate ad monasterium sancti Galli venisse. Cum autem in presentia ipsius et abbatis eiusdem loci Werinharii et utriusque monasterii fratrum conventio et unanimitas precum pro defunctis ab Waltone Augensi et Werdone sancti Galli abbate incepta et constituta legeretur et hec ipsis placeret, ordine, quo prius, renovata et confirmata est. Placuit etiam ipsis non solum defunctorum consolationi, sed etiam viventium utilitati aliqua per se ordinate disponere. Communi itaque consilio constitutum [p. 15[b]] est, ut quotiescumque utriusque monasterii fratres ad utrumvis monasterium venirent, annona consueta fratrum ipsis tribuatur. Sancitum est etiam, ut si quis predictorum monasteriorum frater inordinate in gratiam abbatis sui et fratrum offenderit et ad alterum locum devenerit,

2 XXX *in ras.* 3 *et* 8 *c.* psalm' 5 *c.* fit 7 *cod.* prb̄ it̄ sanct& 8 quoque] *c.* [quo] 10 ac celebratio *usque ad* fiat *litteris minusculis insertum* 13 *cod.* Regnante 14 *c.* supperiori *prius* p *eras.* 15 bobii ii *in ras., etiam post hanc vocem duae ut videtur litterae erasae sunt* || *post* alpiū *postea* deserti *alia manu superscr.* 16 schinense; in *in ras.* 18 *Inde ab* Item *alio atramento scriptum est* 22 *inde ab hac linea alius scriptor incipit* — DCCCLXXXVI; I *eras.* 24 *cod.* p̄ee videbatur p̄ee vide *in ras.* || *cod.* Rinoua 37 *c.* utrūuisuis *alterum* uis *linea transducta del.*

15 hodie Bobbio. || *Desertinense mon., hodie Dissentis a Sigisberto 614 condit., cf. infra ad III, 71, sqq.* *16 de Schinensi mon., hodie Schinen, cf. supra ad I, 79.* *19 Grimaldus abb. Sang. 841—872.* *20 de Campidon. mon. (hodie Kempten) v. supra ad I, 83.* *24 Bernhardus abb. Sang. 883—889* || *de Rinova (hodie Rheinau) eiusque abbate Wichramno cf. supra ad I, 117.* *32 Werinharius abb. Sang. 1133—1167.*

et si de lapsu, quo correptus fuerat, emendationem promiserit et fecerit, per ipsius loci abbatem aut seniores pro eo intercedentes loco suo et ordini restituatur.

(16.) Cŏnradus, dei gratia Sabinensis episcopus, Maguntine sedis archiepiscopus et apostolice sedis legatus, cum universo eiusdem loci conventu dilectis suis fratribus Ŏdalrico divina ordinante clementia cenobii sancti Galli venerando abbati sanctissimoque sibi subiecto conventui salutem cum fraterne dilectionis affectu. Relatione antiquissimorum fratrum nostrorum percepimus hanc consuetudinem inter fratres Maguntine ecclesię ac inter cenobitas sancti Galli hactenus extitisse, quatenus perpetue fraternitatis [p. 16ª] vinculo coniuncti orationibus, que tam pro vivis quam pro defunctis utrobique celebrantur, communicarent, et si forte aliquem ex fratribus nostris pro aliqua honesta causa in predicto loco adesse contingeret, plenarie unius fratris prebendam reciperet, et eodem iure quilibet ex fratribus vestris ecclesiam nostram adiens similem caritatem inveniret. Anno igitur ab incarnatione domini M.C.LXXX.VIII., presidente domino Urbano summo et universali pontifice, regnante gloriosissimo imperatore Friderico, ego Cŏnradus, Sabinensis episcopus, Maguntine sedis archiepiscopus et apostolice sedis legatus, veniens ad cenobium beati Galli confessoris orationis causa ad petitionem tam fratrum nostrorum quam fratrum sancti Galli, presente amico et fratre nostro Heinrico, nostri conventus venerabili decano, necnon Ŏdalrico, Constantiensi preposito ac eiusdem loci thesaurario, plurimisque clericis nostris ac militibus presentiam suam adhibentibus, predictam consuetudinem domino [p. 16ᵇ] Ŏdalrico abbate consensum prebente communi petitione fratrum renovavi et confirmavi sollempnique fraternitate a toto capitulo recepta et e converso Maguntino conventui per fratres nostros transmissa litteris hanc confirmationem inscripsi ac sigillo nostro, quatinus deinceps firmitatem teneat, insigniri decrevi.

B. FORMULAE ROTULI, QUO OBITUS FRATRIS CAETERIS MONASTERIIS FRATERNITATE SANGALLENSI CONIUNCTIS INDICABATUR, ET FORMULA PROMISSIONIS.

E cod. 915. p. 18.

(1.) Fratribus in christo dilectis nos fratres de monasterio sancti Galli salutem. Intimamus caritati vestrę obitum cari patris nostri Purchardi monachi atque subdiaconi XIIII. Kal. Iul. defuncti. Pro cuius anima solitas preces agere dignamini.

(2.) Patribus et fratribus ubivis conversantibus Sanctigallensis congregatio compassionis vinculum in domino. Frater noster Liuprandus presb. et mon. vocatione divinę dispositionis Kal. Jan. exsolvit debitum mortis. Vos autem compatientes nostrę amaritudini humanę conditionis reminiscamini ut oratio, que pro eius anima a vobis ymmolatur, deo remetiente in sinum vestrum convertatur. Valete et ad contigua vobis monasteria intimate.

(3.) Ego N. promitto stabilitatem et conversionem morum meorum et obędientiam secundum regulam sancti Benedicti abbatis coram deo et sanctis eius et presente N. abbate.

---

1 lapsus s *eras.* *4 nomini abbatis* Ŏdalrico *superscriptum est* IIII (to). *10* ex frīb' *in ras.* *26 eadem formula in pag. 15ª cod. 453 repetita est.* *27* III *ante* XIIII *eras.* *29 alius scriptor incipit.* *34 alia manus.*

3 Conradus archieps. Mogunt. 1183—1200 antea 1177—1183 Iuvav. archieps. postea 1200—1217 Sabinensis. 4 Udalricus abb. s. Galli, IVtus huius nominis 1167—1199. 11 Urbanus III. 1185 — a. d. XIII. Kal. Jan. 1187. 27 cf. necrolog. Sangall. de Purchardi obitu (Dümmler et Wartmann, Mitth. XI p. 44). || de Liuprandi presb. obitu ibidem p. 29.

C. CONSPECTUS COENOBIORUM QUAE CUM MON. S. GALLI FRATERNITATE CONIUNCTA ERANT.

E cod. 453 p. 14b.

Patribus ad Basileam civitatem,
Patribus in Curia,
Patribus in Augusta,
Patribus in monasterio sancti Hemmerammi.
5 Patribus in Constantia.
Fratribus in Augensi,
Fratribus in Scinensi cenobio.
Fratribus in Rinoua,
Fratribus in Campidonia,
10 Fratribus in Favariensi.
Fratribus in Tubrensi cenobio,
Fratribus in Tisertinensi.
Fratribus in Bobiensi,
Fratribus in Kenginbach degentibus,
15 Fratribus in Scuturensi cenobio.
Fratribus in Elwangen degentibus,
Fratribus in Mŏrbach degentibus,
Fratribus in Loresham sancti Nazarii,
Fratribus in monasterio sancti Trudperti.
20 Fratribus in monasterio sancti Georgi,
Fratribus in cella sancti Meginradi.
Fratribus in Ethenheim,
Patribus in Argentina civitate.
Patribus in Magontia.
25 Fratribus in Nebidona,
Fratribus in Winzenburch.
Patribus in Wormatia,
Sororibus in Lindaugia manentibus,
Sororibus in Turego manentibus,
30 Sororibus in Buchŏua,
Sororibus in Sechingen.
Sororibus in Monasteriolo.
Sororibus in Chaces manentibus,
Sororibus in Erinstein,
35 Sororibus in Skenninis,
[p. 15a] Sororibus in Waldchilka.
Sororibus in Argentina.
Sororibus in Asnida.
Sororibus ad Impidines.

---

1 cf. I, 355. 2 nunc desunt in libro confr. 3 I, 115? 4. 5 desunt. 6. de Augia v. infra. 7 cf. I, 79 sqq. 8 cf. I, 116 sqq. 9 cf. I, 83 sqq. 202 sqq. 10 cf. I, 71 sqq. 11 cf. I, 67 sqq. 12 desunt; cf. ad II, 60. III, 71. 13 Bobienses hodie desunt. 14 cf. I, (63) 226 sqq. 15 (cod. scuturensice cenobio) *desunt. Schuttern, dioec. Argentorat., in Brisigaugia, antea Offonis cella dictum, ca. a. 937 incendio deletum est; cf. II, 191. 16. cf. I, 111 sqq. 17 desunt; cf. ad I app. 4. 18 hodie Lorsch; in libro confr. desunt; cf. ad II, 212 sqq. 19 desunt; mon. in silva nigra situm. 20 desunt: in silva nigra, cf. Hansiz I, 313. 381, Mabillon. I, 491. 21 de cella s. Meginradi v. supra ad I, 116 sqq.; hodie desunt. 22 cf. ad I, 70, 10. 15. 73, 1. 78, 2. 10. 23 cf. ad I, 100. 25 i. e. Speyer; hodie desunt. 26 i. e. Weizenburg, cf. ad I, 210 sqq. 27 desunt. 28 coen. Lindaugiense S. Mariae dedicatum ad lacum Potamicum olim Benedictinarum, postea canonicarum ab Adalberto com. eiusque fratribus Managoldo et Udalrico constructum esse dicitur anno 948 comburitur; catalogus monialium hodie deest; cf. I, 279, 2. 4. 29 desunt; cf. II, 36. 30 Bucharia dioec. Constant. ex. saec. VIII^vo in hon. SS. Cornelii et Cypriani ab Adallinda, uxore Atonis comitis parthenium conditum est, eorumque filia aequiroca Adallinda prima abbatissa erat; catalogus deest. 31 Seckingense monialium coenobium Ufnaugiam quoque postea occuparit. 32 ad lacum Potamicum, supra Constantiam urbem; catalogus deest. 33 cf. I, 298. 34 hodie Erstein in Alsatia situm; monialium coenobium erat inter Ilium et Ischeram amnes, paulo supra Argentoratum; catalog. deest. Ermengardis regina 851 hic obiit. 35 cf. I, 109. 36 parthen. ord. s. Bened. prope Ettenheim Brisigaug.; catalogus deperiit. 37 cf. I, 107. 38 Asnedense mon. monialium (Essen) 852 ab Altfrido epo. constructum, cuius soror Gersuida prima abbatissa erat. 38 catalogus deest.*

II.

CONFRATERNITATES AUGIENSES.

Cod. Augiensis, hodie e libris bibliothecae cantonalis quae dicitur Turicensis Hist. 27, illuc e bibliotheca Rinaugiensi devenit. Quod codex pretiosissimus non in Italiam vel Angliam vel aliam in terram migravit operae viri celeberrimi Ferdinandi Kelleri debetur. Nam cum Rinaugiae mon. exaugurarctur et bibliotheca iam secundum catalogi tenorem officialibus rei publicae Turicensis tradita esset, Kellerus hunc librum, qui in catalogo non erat, desiderans ubi sit interrogavit neque prius destitit urgere quam codex — satis cunctanter — e cella monachica apportaretur. Tegumentum codicis corio est figuris impresso et duabus fibulis clauditur. In fronte signaturam $\frac{(95)\ \mathrm{VII}}{26}$ *portat, fortasse Rinaugiensem. Quomodo Rinaugiam devenerit nescio. In p. 5. legitur* $\frac{(9.\ \mathit{octob.})\ 1740}{\mathit{F.\ I.\ St.}}$, *quod quid sit explicare nequeo. in posteriore operculo legitur* Coloman p. 145. *In ultimi folii (chartacei) p. CLXV. pauca de codice adnotata sunt, quae penitus legere non potui. Inscriptio codicis est:* NECROLOGIVM Augiense Sub Abbate Erlebaldo Conscriptum Anno Circiter 830 (*Mabillon* ca. 815) aliqua folia perdita Monasteria Confoederata. *Schmidfeldius codicem signatum invenit numero CXVIII. Codex continet 1. 24 paginas chartaceas quibus rotulorum laciniae inglutinatae sunt inde a p. 9; 2. ternionem (p. I—XII) et fol. chartaceum (XIII. XIV); 3. ternionem (pp. XV—XXVI) et fol. chartac. (p. XXVII. XXVIII); 4. quaterniones quatuor (pp. XXIX—XCII), quorum primi folium tertium et sextum (pp. XXXIII. XXXIV. XXXIX. XL), tertii et quarti fol. primum et octavum (p. LXI. LXII. LXXV—LXXVIII. XCI. XCII) chartacea sunt; 5. quinionem (pp. XCIII —CXII); 6. quaternionem (pp. CXIII—CXXVIII); 7. binionem cuius ultimum folium resectum est (pp. CXXIX—CXXXIV); 8. quinionem primo folio orbum (pp. CXXXV— CLII); 9. pp. CLIII—CLXIV videntur sex folia singularia esse quorum ultimum minus latum est caeteris; 10. folium chartaceum (p. CLXV. CLXVI). Posteriori tegumento parva capsa chartacea agglutinata est schedam de codice agentem continens. Litterae quaternionem indicantes non reperiuntur nisi in inferiore margine pag. 44: q̄ III; pag. 60: q̄ IIII; pag. 108: VIII; pag. 112: VII; pag. 128: VIIII. Antiquissimae partis paginae quatuor columnis scriptae sunt, quarum quaeque triginta novem lineas stilo incisas exhibet. Prima quaeque linea inscriptioni vacabat. Inde a p. 135. lineae viginti septem, inde a p. 153. viginti quinque sunt. Membrana primae partis usque ad p. 134. crassior est, inde a p. 135. tenuior et paulo minoris formae. Ita duae partes codicis facile distinguuntur. Prior pars (pp. 1—134) anno 826 ordinata est, sed plures scriptores invicem eam exaraverunt. Ex indice monasteriorum p. 3 elucet nonnullas partes codicis anni 826 nunc deperditas esse. Dispositus erat quaternionibus, quorum notas in quinque paginis adhuc superesse vidimus. Primi quaternionis (hodie p. 1—12) deperdita sunt fol. primum (cum inscriptione) et octavum (cum ultimis Sangallensibus et cum quat. nota); secundi (hodie p. 15—26) primum folium (cum antiquissimis Fabariensibus) et octavum (cum Salzburgensibus [ind. n. X] et cum quat. nota); tertius cum quaternionis signo p. 44. (hodie 27—44) orbus est*

folio tertio (cum Hasareodi monachis) et sexto (cum conclusione Fuldensium et primis nominibus Magni loci); quartus cum quaternionis signo in p. 60 (hodie p. 46—60) integer remansit; quinti (hodie 61—76) fol. 1 (cum monasteriis Hornbach, Prumio, Colticas, Flaviniaco) et octavum (cum s. Dionysii et S. Trudonis monachis) et sexti (hodie 77—92) folium primum (cum monachis S. Medardi et antiquissimis monasterii Montis viridis) et octavum (nescio cuius argumenti) desunt. Septimi et octavi reliquiae hodie in quinione (93—112) coniuncti sunt, ut ex quat. notis apparet. Non dubito quin pp. 93—96. 109—112 reliquiae septimi pp. 97—108 reliquiae octavi quaternionis sint. Quota horum quaternionum folia deperdita sint cognoscere non potui, sed cum pp. 98. 99 inscriptione coniunctae sint et in p. 97. initium inscriptionis desit, folium primum et octavum octavi quaternionis deesse reor. Fabarienses II, 398 omnino inscriptione videntur caruisse. Nonus (pp. 113—128) integer est. An binio uno folio orbus (pp. 129—134) antea et ipse quaternio fuerit cognosci non potest. Pauciores scriptores quam in Sangallensi et Fabariensi libris. Augiensi operam navaverunt. Primus scriptor (quem propter distinctum eius locum, quasi in subscriptione monasteriorum catalogi, propter similitudinem scripturae et rubri coloris cum caeteris partibus ab eo scriptis Meroltum [II 12, 24] fuisse suspicor) sine dubio haec conscripsit (cognosci potest ex formis litterarum z, g et ligaturae rt, nec non e ductibus crassioribus quibus litterarum scapi scripti sunt): 10, 5—44. 12, 1—19. 24; inscriptiones pagg. 4. 5; 24, 3—41. 25ª. 26. 28. inscr. p. 29—31; 31, 23. 43—48. 52ª. 53ª. 60—64. 68—73, 25. 77—84. 86. 88. 89. 91—95. 98—104, 23. 107—108, 35; 119. 124. 125. 128—131, 3. 133. 135. 137. 139. 141. 143. 145. 147. 149—152. 153, 3—25. 154, 1—21. 158—161. 167—174, 20. 177—181. 187—194. 196—205. 208—212. 214—218. 221. 225. 226. 231—234, 14. 235—237, 10. 244—245, 7. 250. 254—256, 21. 259—264, 13. 269—274, 17. 278—281, 1. 282—284, 22. 287—292, 29. 295—296, 7. 299—302. 304. 305. 307. 309. 314. 316—318, 14. 319. 322, 1—7. 324, 3—24. 328. 383. 13—16. 384, 2—22. 338, 1—8. 339. 343. 347—348, 9. 353. 354., nonnulla nomina ex 384—390. 393—396. 460. 470—472. 478. 482. 483. 485. 487—491. 498—501. 503—507. 509—511, 11. 540—543, 12. 545—546, 13. 549—552, fortasse etiam 310—311, 2. 346. 350. Conscripsit catalogos anno 826 (non post hunc a. propter Gerhohi Wizanburgenses II, 126, non ante propter Fabarienses p. 15, [cf. etiam II, 328, 3] nam quin utriusque monasterii status novissimi rationem habuerit dubitari nequit. Sed scriptorem catalogis iam antiquioribus usum esse inde elucet, quod defunctorum nomina saepius contra consuetudinem viris praemissa apparent. Hos catalogos in monasterio ex praecedentibus annis collectos esse elucet. Annum circiter 814 indicant Clingonenses p. 52, Luxovienses p. 53; 815 Nonantulenses p. 20, Campidonenses p. 42, Ettenheimenses p. 48, Sancti Germani p. 72; annum 820 Altahenses p. 24, Fuldenses p. 36, principes p. 98, comites p. 99, episcopi et abbates p. 106, et etiam p. 114. Sed etiam post annum 826 pauca addidit ut episcopos p. 98. Tempus ante annum 814 videntur ostendere Gemeticenses p. 70 et Sanctigermanenses p. 71. — Alius scriptor (β) Merolti catalogos circa a. 830 supplevit. Ei sequentia attribuenda sunt: 6—8. 26. 15—18. 36, 1—21. 39—41. 67, 1—32. 108, 36—38. 109, 7—38. 110. 111. 112. 113, 10—39. 114, 1—6. 115—118. 121. 126. 127. 162—164, 19. 198, 40—43. 206. 240—243, 20. 252. 253. 257, 1—17. 274ᵇ. 275. 293. 294. 339. 357—359. 363—370. 373—376, 9. 422. 451—454, 14. 455. 456. 526, 23—39; fortasse etiam 37. 38. 162—164, 19. 223. 320, 1—12. Eum non ante 830 scripsisse colligitur ex Campidonensium, Wizanburgensium et S. Dionysii catalogis, non post 834 ex 121, 10. Scriptura eius scripturae α simillima est et videtur eiusdem scholae et temporis esse. Distinguitur tantum ex litteris supra nominatis et quia scriptor β nominibus maiusculam litteram initialem dare solet. — Tertius scriptor (γ) eiusdem fere temporis has partes conscripsit manu paullo duriore sed nequaquam deformi: 134. 136. 138. 140. 142. 144. 146. 148ª. 149ᵇ. 150ᵇ. 151ᵇ. 152ᵇ. 182, 1—27. 183, 1—19. 264, 14—38. 265. 266. 398. 399, 1—8. 417, 11—39. 436—438, 5. 442. 443, 2. 446—449, 5. 464—467,

fortasse etiam 377—379. 424, 6—40. Hunc scriptorem non post scriptorem β, sed nonnulla iam tempore scriptoris α scripsisse, sequitur ex 182, 1—27, quae non post 826 scripta esse possunt. Caeterae partes huius scripturae non certo ad unum scriptorem referri possunt. Summa cura eos in notis criticis adnotari. — Altera pars libri Augiensis (p. 135—164) ca. 950—960 videtur addita esse. Duo praecipui scriptores animadvertendi sunt: δ, qui columnas 571—576. 578—590. 593—600. 602. 603. et ε, qui 611. 612. 615—619, 10. 621—623, 21. 625—626, 3. 630. 635—636, 3. 649—652 ca. 1080 conscripsit. Plurimae caeterae scripturae notam temporis ipsae prae se ferunt. Non dubito quin uterque (δ et ε) Augienses hic sui temporis monachos eos conscripserit, qui promissionem fecerint, id quod formulis supra scriptis probatur (cf. 575. 576). Augiensem igitur librum promissionum separatum a libro confraternitatum non extitisse videmus et Sangallenses quoque libros similiter coniunctos fuisse verisimilius fit. — Praefixi sunt codici Augiensi paginis 9—24 chartaceis inglutinati rotuli quibus obitus fratrum Augiensibus nuntiabatur. Cum hi omnes, plurima chartacea pauca membranacea, e posterioribus saeculis (XIV^mo^, et XV^mo^,) sint eos hic imprimendos non esse iudicavi, sed cum ratio bene ex eis appareat qua confoederata monasteria de obitu fratrum certiora facta sint, accuratius eos describam. Sunt parvae schedulae vel laciniae in quibus monasterium ipsum, defuncti fratres vel sorores additis dignitate et die obitus, et interdum formula inscripta sunt qua preces pro remedio animarum petebantur (ut A 2: orate pro nobis, *D 3:* orate pro ea, *A 3:* quorum obitus si nondum forent delati ad vestras proprietates pro nunc per presentem notifficamus et animas eorum vestris commendamus memoriis et petimus eosdem annotari vestro kathalogo annuali obligatis nos, *C 1:* quorum animas vestris devotis commendamus orationibus *etc.). Numerus defunctorum qui in tali rotulo commendantur, varius est, mox unus tantum (ut D 1, D 2, D 3, D 4 et saepius), mox plures (decem in E 2, undecim in A 1, sex in A 3). Saepius defuncti complurium annorum in una schedula nuntiantur (ut A 3, E 2) neque tantum monachi et conversi ita commendantur sed etiam moniales adduntur (ut A 1), familiares monasterii (ut B 1), alii quoque laici (ut B 2, E 2) et laicae (ut B 2). Saepius addita est formula* „et alii amici confratres et confamiliares nostri“ *(E 2) vel* „et alii familiares nostri“ *(ut E 5, C 4) ita ut nomina ipsa familiarium omittantur. Rarius additus est annus obitus (ut C 3: 1499). In codice istae laciniae secundum ordinem litterarum initialium monasteriorum dispositae et cuiusque litterae schedulae inter se numeratae sunt. Haec sunt monasteria quorum rotuli ita asservati sunt: 1. Admont ord. S. Bened. dioec. Salzpurc., monach. et monial. (2); 2. Altaha inferior, mon. scti Mauricii (2); 3. Altaha superior (1); 4. Altorf (1); 5. Augia minor (2); 6. Bebenhus ord. Cist. Constant. dioec. (1); 7. Burgelin ord. s. Bened. Nurinberg. dioec. (1); 8. Capella ord. Cistert. (1); 9. mon. s. Petri in Castello ord. Bened. Eichst. dioec. (2); 10. mon. s. Catherinae Cistert. ord. monialium (1); 11. Cella dei (1); 12. Dyrstein, monialium (4); 13. Ebbrach (1); 14. mon. s. Sebastiani martyris in Eberspergy (1); 15. mon. s. Iacobi apostoli in Ensdorff ord. s. Bened. Col. dioec. (1); 16. mon. Eyssendorp ord. Cistert. Colon. dioec. monialium (1); 17. Epternacum ord. s. Benedicti (1); 18. Felix porta (1); 19. Frundilinghen ord. Cist. (2); 20. Fulda (8); 21. mon. S. Magni in faucibus Alpium ord. Bened. Lugd. dioec. (1); 22. Gengenbach (1); 23. mon. s. Georgii ord. s. Bened. (1); 23. Gerstun(gen) (2); 24. Grawen ryndorp ord. Cist. Colon. dioec. (2); 25. mon. s. Gregorii ord. s. Bened. (1); 25. Gunterstal monialium (1); 26. mon. ss. Petri et Pauli apostolorum in Hasungen ord. s. Bened. (2); 27. Heysterbach ord. Cist. Col. dioec. (4); 28. Himmenrode (1); 29. Hirssaugia (1); 30. Henen? (1); 31. Locsloci? s. Mariae ord. Cist. Col. dioec. (1); 32. Langentzen ord. s. Aug. canon. regul. Herbipol. dioec. (1); 33. Lympurg (1); 34. Marnberga ord. Bened. Bamberg. dioec. (1); 35. Maristella (1); 36. ? (1); 37. mon. s. Michaelis in Sigenbergh ord. s. Ben. Col. dioec. (6); 38. Mulbrun (3); 39. Nunnenmunster (1); 40. mon. s. Margarete virg. in Osterhouen (1); 41. mon.*

s. Mariae sanctique Iacobi in Ostrod. (1); 42. Patelhusen (1); 43. ? (1); 44. mon. s. Margarete virg. in Paumburg (1); 45. Pedernach (1); 46. mon. Pegawij ord. s. Bened. Merseburg. dioec. (1); 47. mon. s. Petri monialium (2); 48. mon. s. Mariae virg. in Plaga alias zum Slegel ord. Premonstr. Patav. dioec. (1); 49. in Pennern (1); 50. mon. Portens. (1); 51. Regisponte ord. Cist. dioec. Argent. (1); 52. Reychartshorn ord. s. Bened. Magunt. dioec. (1); 53. Rodinhuegina? (1); 54. Rott sanctorum Marini epi. Marie et Amiani (1); 55. Salem (1); 56. mon. s. Petri Salveld. ord. s. Bened. (1); 57. mon. Schonaugiense ord. Cist. Worm. dioec. (2); 58. mon. s. Blasii in Sindelspah ord. s. Ben. (1); 59. Sindelberch (1); 60. s. Iohannis Bapt. Steingaden. ord. Premonstrat. Aug. dioec. (1); 61. Vallis angelorum ord. Cist. (1); 62. vallis beate Marie Meglia? (1); 63. vallis s. Marie (1); 64. vallis Benedicte (1); 65. vallis s. Katherine (1); 66. vallis Rosarum (1); 67. Vilten ord. s. Bened. (1); 68. Werdea ord. s. Ben. Aug. dioec. (1); 68. Wnnental ord. Cist. (1); 69. Zwyfalden (1); 70. Züssendorp (1). Si addas sedecim lacinias paginae 24. sine loco, 120 omnino habes schedulas septuaginta monasteriorum.

Quae codex contineret iam breviter exposuit Mone (Anzeiger f. Kunde d. teutschen Vorzeit t. IV (1835) p. 17—20), qui monasteria singula enumerat et Mabillonium codice usum iam esse indicat (Annal. Bened. II, 195. 408). Brevissima excerpta ex codice dedit Herrgott, genealog. diplomat. Habsburg. III, 831. 32. De canonicis Basiliensibus (p. cod. 84) nunc egit Fiala (Anzeiger f. Schweizer. Gesch. 1883. n. 1. p. 104—108).

(1)

*Yrminsint
Adalpret
Liupili laic.
Sigrat
*Peratgart
Poralind
Poralind
Alpsind
*Adalbret
Adalhuge
Nantger
*Wipreht laic.
Rŏdhilt
LIVPRANT
*Merolt laic.
Kerolt mon.
Riewâr
Yrminsint
Riewâr
Kerhart laic.
Teithalm laic.
Lippo laic. Ada
lpret laic. Liutpret mon.
HARDMAN MON.
† *_Irmengart matrona_
Ato mon.
Lamperet
*_Kerolt_
*Eberhart mon.

(2)

*Tuato
Hadawart
Theoto
Theotrih
*Yring
Kaganhart
Cundram
Meginwart
Egynolf
Wolfho
Wolfhart
Kerolf *_Hug_
*Ansuinus _Irmendrud_
Heribertus
Gerbertus *_Hiltimut_
Hildibrandus _Nandeger_
Filimarus _Votilo_
Helmungus _Athalburg_
Madalwinus
Notbertus *_Richine_
Marcwardus
Christophorus
Badicho
Bernardus _Roderic_
Liudricus
Reginwardus
Bernarius _Hugimunt_
Bernardus
Rotbertus _Vodelind_
Otgarius
Adalbertus _Lipuar_
Rawangarius _Pernart_
Aaron
Egilgarius _Danuol_
Egil eps.
Hunfridus eps. _Gebehart_
Albiricus
Heriricus _Villimunt_
Guntbertus _Ruodmunt_
Guntbernus
Sigifridus _Ruodpert_
Gatto
Sigifridus
Theganbertus _Ratolto l._
Tancradus _Ratolto l._
Erpo
Egilhardus
Waldbertus

(3)

Heimo *_Adelman_
Aba _Adelburga_
Kernolt
Kerhart
Managolt
*Vodolrich com.
Thiotpreht
Albine
Walthere
Vadalscalc
Vosprin
Engilhart
Hitta
Waltrut
Arbuna
Engildiu
Thieotpreht
Theotpreht
Crimheid *_Regil_
Ruadpret
Wolffram _Eberuic_
Witigouwo
Putulugt
Heilrat _Harcer_
Hiettolo
Putulungt
Folchirich
Engildeo *_Liuphere_
Arbuna *_Engilburg_
Wachila *_Cunsint_
Reginbret _Deoto_
Adalbreht _Guoterad_
Cotini Willihelm
Hug
Walddrham
Vaspreht
Williram
Alpere Salacho
Kisilot Hiettilo
Cotini Etihc
Alpger

(4)

*Eginolf
*Engilman
Isanhart
Wolfhart
*Piricho Pallo Gotiniu
Winchart Lantfrid Einhart
Mesi Thieto
Engilrat *_Erchanbold_
Ruodpret _Liutsind_
Cunipret
Ludewart
Einrih *_Pirhtilo laic._
Perechtram
Thietker presb.
Richolf presb.
Rantwic presb.
Azzo presb.
*Luitolf
*_Waldker_
Chunibric
Willehalm
Fridewan
Peredrud
Cunderam
Biricho
Barwib Liubsind
*Palkoz Ederam
Waldhart
Orthere
*Constantius
Buzio
*Aberhilt
Cunderad
Tidehart
Amaldrud Elplent

Superscriptae sunt 1, 1 sint; _1, 3 primum_ i; _1, 29_ m̄; _2, 27_ nt; _3, 18 secundum_ t; _3, 37 prius_ i; _4, 18 alterum_ l; _4, 34_ i; _4, 35 alterum_ d. _1, 29 scriptum erat_ Ebeerhart, _sed prius_ e _atramento superlitum est._ _2, 6 scriptum erat_ Ganhart; _litterae_ ka _ab eodem scriptore postea praefixae._ _2, 18 c._ Richene. _2, 37_ tb _in_ dp _correcta._ _3, 6 prius_ o _litterae_ a _puncto subterposito irritae superscriptum._ _3, 35 c._ vnaldrrham. _4, 12_ t _adfixum est litterae_ h. _4, 24 c._ c̄derā. _4, 35_ i _priori_ a _superscriptum._ _2, 1—10. 3, 1—5 eiusdem scriptoris; 2, 11 sqq. 3, 6 sqq. ab alio scripta sunt._ _1, 15—26 script. saec. dec. ex._

Quos haec nomina significent, vix poterit dici; sed cum feminae et viri intermixti sint et cum saepius laicus, laica addita sint, dubitari nequit quin hic benefactores monasterii occurrant; ad II, 3, 6 cf. ad I, 32, 9. _2, 11—46 monachi Prumienses sunt Ansbaldo abb. [cf. I, 260 sqq.]. Omnia nomina in I, 260—262 recurrunt exceptis 2, 14. 16. 23. 24 (= I, 261, 13?). 26 (altero). 35. 42. 43 (= 261, 162)._ _2, 33 Eigil abb. Prum. 853—865, archieps. Senon. 865—870. 2, 34 eps. Terran. 856—870, antea mon. Prum. cf. I. 260, 24._

(5)

*Perhta Irmengart Oͮdelgart
Gerburc Gezela
Geezela Irmengart Mahthilt
Mahthil
Tiemoht

(6)

HEINRICUS REX

Diethart mon. *Wipret laic.*

Egilof *Perensind*

NOMINA SORORUM EX

Rodhildis abb. et mon.	
Theuderins magist. et mon.	
et Irminoldus	mon.
Ada	mon.
Bertrada	mon.
Berta	mon.
Imma	mon.
Otila	mon.
Fraida	mon.
Aberildis	mon.
Aga	mon.
Rodhildis	mon.
Rodlindis	mon.
Oda	mon.
Folsindis	mon.
Erchanburc	mon.
Flodeburc	mon.
Kersindis	mon.
Madalgardis	mon.
Leutberga	mon.
Meginsindis	mon.
Erchantrudis	mon.
Ainberga	mon.
Fragedrudis	mon.
Censoria	mon.
Doda	mon.
Rainildis	mon.
Saroildis	mon.
Adalsara	mon.
Hiltrudis	mon.
Biligardis	mon.
Gamalberga	mon.
Walthric	mon.
Wandrewolda	mon.
Raunliudis	mon.
Cozbruc	mon.
Wentilmoat	mon.
Hiltrudis	mon.
Baldegaria	mon.

(7)

Erchanbold

Arnetrudis	mon.
Iliswit	mon.
Anania	mon.
Oda *Kisela*	mon.
Erlindis	mon.
Stabelindis	mon.
Ratburc	mon.
Cozla	mon.
Adalgudis	mon.
Odelindis	mon.
Cozlindis	mon.
Abbildis	mon.
Bernefon	mon.
Engilgardis	mon.
Folchramma	mon.
Erberta	mon.
Berta	mon.
Segetrudis	mon.
Rihgardis	mon.
Marta	mon.
Folchildis	mon.
Roccla	mon.
Raintrudis	inventa
Geintrudis	mon.
Oodalberga	mon.
Wicsindis	mon.
Adalbruc	mon.
Rihtrudis	mon.
Theutlindis	mon.
Irmintrudis	mon.
Rihhildis	mon.
Fredeburc	mon.
Aimoildis	mon.
Aua	oblata
Rihlindis	oblata

HEINRICUS COMES.

Nomina col. 5, 4—10 saec. XII. sunt. 5, 1 erhhanbold *dilutum.* 6, 18 r; 9, 2 i *superscript.* 6, 37 c. Vuehtilmoat.

5, 1 Heinricus rex 919—936; cf. ad I, 265, 1. 5, 1 Fara, seu Burgundofara (postea Faremoutier) S. Columbano suadente a Burgundofara ca. 610 in pago Briegio inter fluviolos Mucram et Albam conditum est. 7, 36 Heinrici regis fil.? cf. I, 265, 4.

(8)

WILEHALM

Uodelvrit

C E N O B I O

Kirbruc oblata.
Rachel oblata.
Riebruc oblata.
Bilidrudis oblata.
HĘC NOMINA DEFUNCTORVM

Rodhildis abb.
Adalgardis mon.
Item Adalgardis mon.
Rainhildis mon.
Engilbruc mon.
Framberta mon.
Ragnois mon.
Fanuhel mon.
Irminildis mon.
Amalrada mon.
Fulbruc mon.
Troedildis mon.
Gamalberta mon.
*Hiltibrandus mon.
Adalgis mon.
Imminus mon.
Ragenarius mon.
*Theoterichus com.
*Haeckardus
Bernardus
Otwih
**Hiltigart*
Liutfrid
Sahso
Rien

**Lvto*

**Rihcoz*

(9)

FAGILANVS DIAC.

Lutprant

F A R E N S I.

**Chudolf*
Welvilaht
Elberih
Alderet
Adalvlat
Walpertus archieps.
Petrus presb.
Anshalm
Andreas
Johannes
Amacho
Hariwaldus
Vdolpertus
Gerhoh
Zalo
Armarius
Et aliorum multorum suorum

**Antwart*
Francho
Yrmendrud
Kerhart
Chunegund
Alawih

9, 19 prius o *postea in* a *mutat., fortasse quia corrector* „sororum" *legit.* *9, 13 c.* Hauiuualdus. *8, 27—30; 9, 1—19 eiusdem scriptoris sunt; primo scriptori 6—8, 26 attribuenda sunt.*

9, 6 Mediolanensis 953—971.

(10)	(11)
(*Winidhere)	
(Liuthilt) *Toto Kerhilt	Kerhilt
Kertag eps. Werimbret abba. Note	Kozhal
*Ruodolfus rex	
INCIPIUNT Capitula	
I. Insula monasterium	
II. monasterium sancti Galli	*Luitto
III. monasterium Favarias	*Erkhenger
IIII. monasterium Desertinas	Perchtolt
V. monasterium Tuberis	Waldram
VI. monasterium Leonis	Israhel
VII. monasterium Nonantula	Thieto Ita
VIII. monasterium Altaha	Alberat Cloubrug
IX. monasterium Maninseo	Kerolt
X. monasterium Salzburc	
XI. monasterium Matuchseo	*WINEHART
XII. monasterium Metama	AMATA
XIII. monasterium Chamincseo	RUADPRET
XIV. monasterium Hasareod	
XV. monasterium Fiuhtwanga	*Engila
XVI. monasterium Fulta	Erih
XVII. monasterium qui Magnus locus vocatur	
XVIII. monasterium Chambituna	
XIX. monasterium Morbach	*WALTFRID
XX. monasterium Wizzunburc	Kerbruch
XXI. monasterium Etinheim	Thietpruch
XXII. monasterium Offinwilare	*Cozni
XXIII. monasterium Kenginbach	Ersind
XXIV. monasterium Suarzaha	Adelhart
XXV. monasterium Chlingo	Frideprcht
XXVI. monasterium sancti Nazarii	Cozni
XXVII. monasterium sancti Gregorii	Rihcund
XXVIII. monasterium Hasala	Heribold
XXIX. monasterium Saraburc	Irminsind
XXX. monasterium Eburesheim	
XXXI. monasterium Novumwilare	
XXXII. monasterium Gamundias	*Reginho
XXXIII. monasterium Prumia	
XXXIV. monasterium Colticas	*Isolt Wolfkart
XXXV. monasterium Flaviniaco	Wale Adalgart
XXXVI. monasterium Senonicas	Sidrid Werin-
XXXVII. monasterium Mediano	Geldolf brug
XXXVIII. monasterium Corzia	Leobgar Kala
*Adalbero Adalheid	Eremphrid Otolf
*Hartman	
Helsind Adalpret	

10, 5. 12, 24 (quod nomen scriptoris esse suspicor) et omnes numeri rubro colore picti sunt. Nomina sodalitatum ad numeros LIII *usque ad* LVI *ab eodem scriptore postea adscripta sunt. Manus recentior ad 10, 14* 'inferius', *ad 10, 31.*

10, 3 Kertag Hildes. eps. 990—992. Werimbret abb. Werthinensis ca. 1000. 10, 4 rex Burgund. 888—911. 10, 7 [cf. II, 11 sqq.]. 10, 8 [cf. II, 43 sqq. ultima pag. defunctorum deest]. 10, 9 [cf. II, 56 sqq. prima pagina deest]. 10, 10 [cf. II, 60 sqq.]. 10, 11 [cf. II, 64 sqq.]. 10, 12 [cf. II, 68 sqq.]. 10, 13 [cf. II, 76 sqq.]. 10, 14 [cf. II, 98 sqq.]. 10, 15 [cf. II, 107 sqq.]. 10, 16 deperiit; mon. S. Petri saec. VIImo a S. Ruperto constructum. 10. 17 [cf. II, 111 sqq.]. 10, 18 [cf. II, 115 sqq.]. 10, 19 [cf. II, 124 sqq.]. 10, 20 deperiit; hodie (Hasenried vel) Herrieden ord. Cistert. prope Bärhusen in Bavaria (cf. Simson I, 314, II, 22. Sickel L. 298. 299. 301. Büttner Franconia II, 47 sq. 50. no. 1. 2. Bodman, Rheingau. Altert. I, 109) a Deocario 783 adiuvante Chadoldo constructum (Böttcher Germ. sacra 953). 10, 21 [cf. II, 128 sqq.]. 10, 22 [cf. II, 133 sqq.]. 10, 23 [cf. II. 153 sqq.: catalogus virorum deperiit]. 10, 24 [cf. II. 158 sqq.]. 10, 25 [cf. II, 167 sqq.]. 10, 26 [cf. II, 177 sqq.]. 10, 27 [cf. II, 187 sqq.]. 10, 28 [cf. II, 191 sqq.]. 10, 29 [cf. II, 196, sqq.]. 10, 30 [cf. II, 200 sqq.]. 10, 31 [cf. II, 205 sqq.]. 10, 32 [cf. II. 212 sqq.]. 10, 33

(12)

(*Richart) (Ratlind) (Erolt)

(Kerbric) (Ernbruc) (Burchardus)

(Cotebreht) (Kerhart) (Manegolt)
XXXIX. monasterium Buxbrunno
XL. monasterium Sarbacias
XLI. monasterium Crux sancta
XLII. monasterium Gemedico
XLIII. monasterium sancti Germani
XLIV. Item monasterium sancti Germani
XLV. monasterium sancti Michahelis
XLVI. monasterium sancti Dionisii
XLVII. monasterium sancti Drudonis
XLVIII. monasterium sancti Medardi
XLIX. monasterium Mons viridis
L. monasterium Mauri
LI. De civitate Constantia
LII. De civitate Basala
LIII. De civitate Argentorata
LIV. De monasterio sancti Vedasti
LV. De monasterio Hornbach
LVI. (*ATO) De civitate Mettensium
LVII.
**Friderih*
(*Egilolf) **Coldinc*
**During*
(Eccho) (Witigowo mon.)
M E R O L T
**ONOLF* (*Kiselbold)
Liutpold (Herifrit)
Chunigund (Hartpret)
Paldinc (*Odalrih) (Arnolf)
Amalrat (Chuonrat) (HVG)
(Cozpret) (Hiltibold)
**Junchram* (Erchanbold)
Coldinc Engilwig (Waldpret)
Khadeloh (*Kisila)
**Alawih* *Perchtolt* (*Luto mon.)
**Hildrud* *Otpreht* (*Engildrud)
**Muotliup* *Thietwine*

(*Francho) (Alewih) Thietprug
Hiltebrug

(13)

**Tragoboto*

Odalrih
Adalheid
Kerbric
Irminkart
Ruodolf
Chonrat
Kerbric
Sigerat
Willebruc
Egiwan

* *Wolfhalm*
**Riepoto*
Hettilo
Regimciz

**SYMHON*

**Engilhart mon.*
**Liuthart*
Othere

**Kerhart Kerhart Huneca*
COTELIND UODELGART
Egelind Dominigo
Uodelgart Thieterat
Merolt Kerhart
Cotescalh Petto Waldram

**Kerloh*
Cotescalc
Folcholt
**Thieting*
**Cunloz*
Sigeboto

---

32 'defecerunt', *ad 10, 33* 'non est ordinis nostri', *ad 10, 37* 'prepositura' *adiecit.* *10, 13* châmincseo *10, 39* prumia *in ras.* *11, 29 c.* beldolf. *12, 15 cod.* argentorota. *10, 4 c.* merbric.

[cf. II, 217 sqq.]. 10, 34 [cf. II, 221 sqq.]. 10, 35 [cf. II, 225 sqq.]. 10, 36 [cf. II, 231 sqq.]. 10, 37 [cf. II, 235 sqq.]. 10, 38 hic deperiit; [cf. II, 343 sqq.]. 10, 39 deperiit; [cf. II, 335. I, 260]. 10, 40 deperiit; hodie Conches in Burgundia (Mabillon II, 597. 843. III, 367). 10, 41 [cf. II, 240]. 10, 42 [cf. II, 250 sqq.]. 10, 43 [cf. II, 254 sqq.]. 10, 44 [cf. II, 259 sqq.]. 12, 1 [cf. II, 263 sqq.]. 12, 2 [cf. II, 269 sqq.]. 12, 3 [cf. II, 273 sqq.]. 12, 4 [cf. II, 278 sqq.]. 12, 5 [cf. II, 282 sqq.]. 12, 6 [cf. II, 287 sqq.]. 12, 7 [cf. II, 295 sqq.]. 12, 8. 9. 10 deperierunt. 12, 11 [cf. II, 299 sqq.]. 12, 12 [cf. II, 314 sqq.]. 12, 13 [cf. II, 319 sqq.]. 12, 14 [cf. II, 324 sqq.]. 12, 15 [cf. II, 328 sqq.]. 12, 16 mon. Atrebatense in Belgica (hodie S. Vaast), a S. Vedasto nominatum (Mabillon I, 144). 12, 17 [cf. II, 343 sqq.]. 12, 18 [cf. II, 339 sqq.]. 12, 24 bene rubr.; eum scriptorem huius codicis fuisse opinor.

(14)

Adalbold Egilolf Engilbret
Thietpold
Kerung
**Adelbreht diac.*
Arnolt diac.
Odalricus decan. (c superscr.)
**Eberhart presb.*
**Wodalrih*
Purchart cant.
Valto
Kebinc
**Rodpreht*
anh. **Tiethalm*
**Anshalm*
Azzo
**Wolrolt*
Ruodolf
Prunhart
Egilolf
Meginbreht
Perngoz
Reginbreht
Ruodger
Anno
Liutfred
Cozpreht
Ruodi
Vogo
Wighart
Otine
Hiltebold
Nanzo
Thieto
Embricho
Hiltegart
Cunderat
Erchanbold
Ruodpret presb.

(15)

(*HATHO archieps.)

N O M I N A (*Gebehart eps.)

Erlebaldus abba
Heito eps. **Methodius*
Theganmar presb.
Wolvini presb.
Sigibertus presb.
Richram presb.
Hiltimar presb.
Chuniberht presb.
Liutberht presb.
Hagastolt presb.
Danihel presb.
Tuto *Othart* presb.
Wolfdrigi presb.
Reginbertus mon.
Mattheus diac.
Rateoz presb.
Waltheri presb.
Otker presb.
Altini presb.
Kerolf presb.
Kerwentil presb.
Waldheri presb.
Ambricho presb.
Wíto presb.
Wîto **Hugo* presb.
Isanbertus presb.
Liutheri presb.
Crimolt *Odalrih* presb.
Uasker presb.
Einmuat *Herorans* presb.
Hiltirat presb.
Ramfrid presb.
Kerolf **Paldkoz* presb.
Rato presb.
Willibold presb.
Ratpold presb.
Isanhart presb.
Otini presb.

(16)

(Heriger archieps.)

U I U O-

Sigifrid mon.
Sahso mon.
Tuto claudus mon.
Rantwic presb.
Otfrid presb.
Waldker mon.
Tatto presb.
Adalgis presb.
Engilbertus presb.
Adalman mon.
Wituchind mon.
Cundhart mon.
Druant mon.
Sigibertus mon.
Erhart mon.
Hugibold mon.
Crimolt mon.
Odalhart mon.
Cottesscale notus mon.
Flaithemel notus mon.
Hamadeo mon.
Ruadheri presb.
Ruadhelm diac.
Notdrigi presb.
Cundhart
Kerolt diac.
Helmger presb.
Hatto presb.
Adam diac.
Wirich mon.
Egino presb.
Ratfrid presb.
Heriberht diac.
Isanbold mon.
Wolfman presb.
Andreas diac.
Winidheri presb.
Coldini diac.
Heilram mon.

*(*Grimaldus capellanus* (*Hadolt)
Simon diac. Adalpret (Keilo)
**Abo Aba Aba* (Hunzo) (Heilram)
**Aslac Auc Liefgrim*
Adeldai Onlof Meinpif

14, 7 c Eberh. *14, 12 et 13* anh *erasa* *14, 26 c.* cozzreht. *14, 28* vogo *priori* o *tertium superscr.* *15, 2* methodius *satis recens.* *15, 8. 9 (alterum)* h *superscr.* *15, 26* Isanbertus *in ras.* *14, 39 c.* gæramannus; e *ex* a *factum.* *16, 20* Flaithe *in ras.* *17, 12* VVODEL *in ras.* *18, 2 c.* vuanline; l *litterae* n *superscr.* *18, 7 c.*

